





*3, 18.* *39.*  
DISSE<sup>T</sup>RAT<sup>I</sup>O JURIDICA  
INAUGURALIS *1669. A.D.*  
*AD*  
DIVI MARCI ORATIONEM *19*  
DE  
ALIMENTORUM  
TRANSACTIONE.

*Proposita m*  
In L. VIII. ff. de Transactione.

*Quam*  
P R E S I D E  
D E O.

EX DECRETO ET AUTHORITATE  
MAGNIFICI, NOBILISSIMI ET

*AMPLISSIMI*  
ICTORUM ORDINIS,  
IN PERILLUSTRI MARPURGENSIUM  
ACADEMIA,  
PRO

S Y M M I S I N V T R O Q V E I V R E H O N O R I B U S , P R I V I L E G I S  
& Immunitatibus Doctoralibus ritè & legitime adipiscendis,  
Publico Dnn. Procerum Academicorum

*Examini,*  
In Augusto I Ctorum Auditorio ad Lanum  
Die Decembr.

*Exhibit*

JOHANN NICOLAUS Becker/ BIELFELDIA  
WESTPHALUS.

---

MARBURGI CATTORUM,  
Typis SALOMONIS SCHADE VVITZII, Acad. Typogr. 1669.

ДІСЕМІНІО СТАТІЯ

МАМОУКІЮЮАМІЛІ

МІЯОІНІМІЛІ  
ЗІОІГІАІІІ

ДІСЕМІНІО СТАТІЯ

ЗІОІГІАІІІ

ДІСЕМІНІО СТАТІЯ

ЗІОІГІАІІІ

ДІСЕМІНІО СТАТІЯ

## I. N. D. N. J. C.

## PROOEMIUM.

**C**um plerique disputationem aliquam, maximè inaugurem scripturi, de materia, circa quam versantur, sive utilitate sive necessitate, loco prefationis, aliquid differere soleant: Nobis etiam jure merito eorum vestigia sequi, & de materia nostra, quam impräsentiarum elaborandam suscepimus, cum utilitate, tum necessitate aliquid praefari incumbet; Verum enim verò cum doctrina, tam de alimentis, quam corundem transactionibus cognitio tam sit necessaria, adeoq; quibusvis in foro quā Theoretico, quā Practico versantibus utilis, ut recommendatione aliquā non indigeat, omisso prolixiore ejus encornio, rem ipsam aggrediemur. Ut autem Lectori benevolo constet, quā viā vel Methodo in hac nostra disputatione simus incessari, sciat, nos eandem in tres partes generales disposuisse: Quarum prior, pramissis generalioribus, Transactionis alimentaria causas in genere exponet: Secunda in specie Transactionem alimentorum illicitam, & circa eam occurrentes questiones resolvet: Tertia verò corundem Transactionem licitam, pro ingenii viribus, strixim, & stylo quidem simplici, ac leviori, delineabit.

Methodus,

## PARTIS PRIMÆ

## POSITIO I.

**D**E hac autem Alimentorum Transactione agit Oratio D. Marci Antonini, cuius in libris digestorum l. 2. ff. defer. & dilat. l. 23. §. 1. ff. de cond. indeb. & passim, frequens sit mentio, proposita in L. VIII. ff. DE TRANSACTIONIBUS. Quam, partim propter prolixitatem, partim ideo, quod in ipso contextu verba ipsius, & quidem distinctis characteribus, hinc inde sint proposita, consulto omisimus. Nam cum olim quibusvis de rebus dubiis, suppositis tamen terminis habilibus, transigere licet, primò Divus Marcus Oratione suā in Senatu recitata effecit, nē de alimentis testamento vel codicillis relictis aliqua transactione admitteretur, nisi cum Prætoris autoritate, præviā tamen hoc in casu cognitione severissimā, & pro alimentario liberalissimā, eadem iniaretur. Ad hanc Principis Orationem, uti moris erat apud Romanos, attestante Cujacio, & ex eo Gothof, in not. ad d. l. 23. §. 2. lit. E. postea SCum factum est, cuius commentator fuit diligentissimus Ulpianus, ejusque commentarii summam ex Vlpiani lib. 5. de omnibus tribunalib[us] nobis exhibet Lex nostra famigeratissima 8. ff. de transact.

## POSITIO II.

Antequam aurem ad transactionis Alimentaria causas deveniamus, primò, omisā utriusque vocis Etymologiā, cuivis obvia, quid alimentorum nomine veniat, & deinde in ipsum Definitionem & Divisionem inquiremus, cum frustrā de alimentis queramus, sive tractemus, nisi, quid eorum appellatione continetur, prius scrutemur, Bart. intr. aliment. 9. in pr.

## POSITIO III.

*Alimentorum vocabulum quo modis sumatur?*

Alimenta autem prout non uno petuntur modo, sed vel officio iudicis, vel jure actionis; Surd, in tract. de aliment. tit. 4. q. 6. n. 4. Ita & vox alimentorum acceptio nis in jure haud est unius, sed in universum triplici potissimum gaudet significatu. I. enim, quando officio iudicis petun-

46 85 290

petuntur alimenta, quod regulariter fit roties, quoties vel Jure Naturæ, vel Latè.  
& sanguinis, vel ex dispositione legis debentur, Bartol. ad l. 6. ff. de  
alim. & cib. legat. n. 1. alimentorum nomine non solum vietus & ami-  
etus, & reliquæ, quæ tuendo corpori inserviunt, sed etiam cœtera libe-  
torum onera, quæ ad disciplinam pertinent, veniunt, l. 5. §. 12. ff. de  
agnos. & alend. lib. junct. arg. l. 2. C. de alimen. pup. præst. & l. 4. ff. ubi  
pupil. educ. vel mor. deb. Vid. Hahn. ad VVesenb. tit. de alim. & cib. le-  
gat. num 1. verb. cœtera, que ad disciplinam, Mynsing. cent. 3. obser. 12.  
Surd. in d. tract. de alimen. tit. 6. q. 19. n. 10. Calvin. in Lexic. Inrid.  
voce: Alimenta. Bartol. in d. tract. 9. n. 3. Unde etiam ex hoc medio,  
quod pater filium alimentare teneatur, concludit Carpzov. in I. P. F.  
part. 3. const. 11 def. 17. eidem & sumptus studiorum à patre esse suppeditan-  
dos ita, ut ne quidem reliquis coheredibus eos conferre teneatur.  
Atque hæc acceptio est latior; Quamvis ramen de hac ipsa significatio-  
ne dubitet Surd. de alimen. d. loc. n. 6. quod in alleg. locis, aliisque simili-  
bus, alimentorum & mercedium Magistrorum separata fiat mentio,  
ex quâ diversitas inter hæc duo præsumi posset. II. Quando jure actio-  
nis petuntur alimenta, quod tum plerumque obtinet, quando vel ex  
dispositione inter vivos, vel ex ultimâ voluntate debentur, Surd. de alimen.  
d. loc. n. 4. tunc alimenta sunt, & dicuntur, omniaea, sine quibus  
corpus ali non potest, ut cibaria, vestitus, & habitatio, l. 6. & l. ult. ff. de  
alim. & cib. legat. l. 43. & seqq. ff. de U. S. VVesenb. in paratitl. ad ff. tit.  
de alim. & cib. legat. n. 1. Mejer. in C. l. & A. d. tit. thes. 1. ibidemq. Biceius  
in Colleg. Argent. encl. Philipp. Dec. ad l. 8. C. de transact. n. 1. Bar-  
tol. d. tract. 9. n. 1. Imò & aqua illis in regionibus, ubi vendi solet, le-  
ctus, medicamenta & similia alimentorum appellatione veniunt, l. 1. &  
passim. ff. de alim. & cibar. legat. d. l. 43. & seqq. ff. de V. S. Vid. Hahn.  
ad VVesenb. d. loc. n. 1. Zoël. ad ff. d. tit. n. 2. & vel imprimis Pruckm.  
vol. 1. consil. 35. ubi de alimentorum significacione, quam latè pateat, la-  
tissimè tractat à num. 79. usque ad num. 105. in fin. Sumptus vero ad di-  
sciplinas humaniores addiscendas sub alimentis, hæc in significacione,  
non comprehenduntur d. l. 6. ff. de alim. & cibar. leg. Struv. in syntagm.  
lur. civ. exerec. 33. ib. 67. nisi testator em aliud sensisse comprobetur l. 7.  
ff. de alim. & cib. legat. VVesenb. & Hahn. d. loc. Atque ita alimentum  
& Viuum idem planè significare ait Calvin. in Lexic. voce: Alimen-

A 3

tum.

6 50

rum. Ethicæ acceptio est strictior, & huic loco quatenus ex ultima voluntate debentur, convenientior. III. Strictissimè Alimenta sola cibaria denotant; Unde illum, qui de alimentis transegit, de habitatione transegisse non videri dicitur in l.n. 8. §. 12. ff. de transact. De cuius ratione subiectendum quidem aliquid hinc esset; sed quia de eadem dicendi occasio sese offereret infra ad part. 3. polit. 15. questionem hanc eò se-questratam volumus.

#### POSITIO IV.

Evoluta itaque hactenus vocis *Alimentorum* ambiguitate, de vocabuli *Transactionis* acceptione varia merito aliquid adisciendum esset: Quoniam autem de eadem satis constat, vel ex VVesenbec, ad tit. ff. de transact. n. 2. Meier, in C. I. A. d. tit. thes. 1. & Biccio, ibidem, à quibus tamen minus rectè divertit Hahn, ad VVesenb. d. tit. n. 2. verb. Omnes actionum humanarum, illud saltem monere volumus, quod hoc in loco sumatur vox *Transactionis*, uti & int. t. ff. & C. de transact. pro definitione sive decisione conventa, quam alii causalem appellant, & hâc quidem, ratione objecti, restrictâ ad alimenta: Unde quoad propositam materiam, strictissime definiiri potest ALIMENTARIA TRANSACTIONE, quod nihil aliud sit, quam super alimentis ex ultima voluntate debitis transactione, d.l.8. in pr. & passim. ff. de transact.

#### POSITIO V.

Divisio. Expeditam modò Definitionem excipit Alimentorum transactionis Divisio: quâ dividitur in Licitam & Illicitam. Licitâ illa dicitur, quâ, præcedente causa cognitione legitimâ, cum Prætoris autoritate celebratur: Illicita contra regulariter est, quâ sine Prætore auctore initur l. 8. in pr. & passim ff. de transactione. ubi Dd. communiter. De cuius Divisionis membro utroq[ue] sigillatum, & fusiū tractabitur infra in parte Disputationis nostra secunda & tertia. II. Dividi potest Alimentorum transactione in Universalem & Particularē; Universalis est, quâ de universis alimentis transigimus: Particularis verò, quâ de alimentorum parte, vestiarie v. c. vel habitatione, vel calceario in specie transigitur d.l.8. §. 16. ff. de transact. Quarum utrâque regulariter non, nisi decreto Prætoris interveniente, procedit, exceptis tamen quibusdam casibus: De quibus infra.

PO-

## POSITIO VI.

Præmissis haec tenus generalioribus præmittendis transitus faciens est ad causas: Efficientem nimirum. Materiam, Formam & Finem: Causa efficiens est vel principalis, vel minus principalis. Principalis est *De Causa bus*  
*is, cui alimenta sunt relata, Alimentarius scilicet & ille à quo sunt relata*  
*arg. l.n.8. in pr. veletiam persona alia item de alimentis movens arg. d.l. principali.*  
*8. §. 15. modò naturâ, vel lege transigere non prohibeatur, Hahn, ad*  
*Vves. tit. de transact. n. 4. Atque hic larissimum quidem nobis esset disse-*  
*trendi campus de personis 1. quæ alimenta relinquunt 2. quibus reclin-*  
*quuntur, & 3. à quibus relinquuntur. Verum cum hæc ipsa ex Com-*  
*mentarii ad tit. ff. de alim. & cibar. legat. & vel præcipue quidem ex*  
*Mejeri C. I. A. add. tit. thes. 4. 5. 6. & Bicc. ibidem peti possint, esque*  
*præcisè ad materiam nostram non pertineant, pauca saltē, quibus ipsa*  
*legis verba occasionem præbent, adsperrere lubet de persona, à qua ali-*  
*menta relinquuntur possunt.*

## POSITIO VII.

Talis autem est vel ipse Alimentarius, vel alius, qui iterum vel heres est, vel legatarius sive fideicommissarius; Mejer. in C. I. A. d. loc. thes. 6. Ab alimentario e. g. relinquuntur alimenta: Si fundus ad alimenta ipsi fuerit relictus l.n. 8. §. 15. vel, si alimenta ex certo fundo alicui relinquuntur, ut ipse eadem, non ab herede acciperet, quibus casibus alimentarius cum herede aut quovis alio controversiam de alimentis movente non, nisi cum Prætoris autoritate, rectè transigit d. §. 15. Si vero ab alio alimenta fuerint relicta, indistinctè cum alimentario sine Prætoris decreto facta transactio non valet: Cum tertio verò inita transactio valida est, per l.n. 8. §. 5. ubi ait Ulpianus: Sed & si sit certa quantitas relicta Titio, vel res, ut inde alimenta Sejo præstentur, magis est, ut transigere Titius posset: nec enim transactio Titii minuuntur alimenta Sejū; Idemque est, & si per fideicommissum alimenta ab hoc legatario fuerint relicta. Rationem hujus permissionis hoc in calu suppeditant ipsa verba textus, quod scilicet Titius ille non de alimentis, sed de prædio, seu quantitate legata transfigisse videatur, unde nihil detrimenti ad alimentarium pervenire possit, quia alimenta per hujusmodi transactio- nium non diminuantur: Ubique enim salva alimentario adversus Ti-

tium

tium manet actio, quomodo cunque transactio cedat, & si minùs, quam  
alimentorum modus patitur, ex transactione acceperit, de se queri de-  
bet: sicut econtra, si plus acceperit, quam predium legatum valer, ejus  
lucro cedit, fac. l.3, ff. ad L. Falcid. Nec quicquam prodest, ad  
evertendam hanc nostram decisionem, illud, quod alimentarii conditio  
per hujusmodi transactionem. Tatio forte pecuniam ex transactione  
redactam prodigente, facilè possit fieri deterior, atque ita consequen-  
ter inanis adverlus Titium efficiatur actio, utpote quam inopia exclu-  
dat; l.6, ff. de dol. mal. Nam & hoc in casu alimentario facile consuli pa-  
terit: Aut enim certum est, alienationem in fraudem alimentarii fa-  
ctam esse, & tunc eidem actionem rescissoriam seu Paulianam compe-  
tere ambigendum non est, per t.t. ff. qua in fraud. credit. fact. sunt, ut re-  
stet. Aut est incertum, dubitatur tamen de fide, & facultatibus ipsius  
Titii, & illo in casu cautio de impleendo onere injuncto à Tatio exigi-  
potest ac debet, per l.19, ff. de legat. 3. & arg. l.21. §. 4. ff. de ann. legat.  
Vid. Bartol. ad l.7, ff. si cui cui plus, quam per L. Falcid. licuer.

### POSITIO VIII.

Ceterum illud etiam ex l.n.8, §. 5. notari meretur, quòd modus  
hic distinguitur à fideicommissio: In verbis enim prioribus per mo-  
dum, in posterioribus per fideicommissum à legatario relinquuntur ali-  
menta. Inter quæ magna fuit, de jure maximè Veteri, differentia; Nam  
ex modo olim non erat legati vel fideicommissi petitio secundum Cu-  
jacium in obser. lib. 14, cap. 25. & ad l.n.8. verb. ab hoc legatario: Ho-  
die vero, cum ex constitutione Gordiani modus inducat fideicommis-  
sum, ei, qui in modo nominatus est, fideicommissum relicum cense-  
tur per l.2. C. de his, quæ sub mod. leg. vel fideic. relinq. Peretz. in Codice,  
ad d. tit. n. fin.

### POSITIO IX.

Præterea, cum non solum alimenta ab herede vel legatariis, sed &  
interdum ab Executore veniant præstanti, & in alimentorum Execu-  
tore quædam reperiuntur singularia, de illo, ejusque potestate aliquid,  
& breviter quidem, subjiciendum duximus; Est autem & dicitur Execu-  
toris, qui à testatore, vel lege, ad alimenta, vel alia legata dispensan-  
da, datus est: Quem duplice facit Bartol. ad l.9, ff. de alim. & cibar.,  
legat.

De alimento-  
rum Execu-  
tore.

45 9 30

legat. n. 5. & passim, aliud sc. universalem, & aliud particularem: Universalis, quoad propositam materiam, dividiri potest in Testamentarium & Legitimum: Gothofr. innot. adl. 28. C. de Episc. & Cler. lit. c. Testamentarius est heres: Legitimus vero est Episcopus reverendissimus illius civitatis, ex qua suam testator ducit originem, d.l. 28. C. de Episc. & Cler. Bartol. d. loc. vel etiam Civitas. Bartol. in tratt. de alimento. g. n. 30. Particularis vero Executor potest esse quævis persona alia a testatore ad hoc officium designata. Horum Executorum potestas consistit in eo i. quod Universalis res hereditarias vendere possit, ut in causam alimentorum convertantur l. si quis ad declinandam §. 2. & 3. C. de Episc. & Cler. Particularis vero easdem distrahere nequeat l. g. ff. de alim. & cibar. legat. 2. Quod nudus Executor regulariter heredem ad legata praestanda convenire non possit per l. 78. §. 1. ff. ad SCium Trebell. Mejer. in Coll. Iur. Argent. ad tit. fide alim. & cib. legat. th. 10. Bartol. ad l. 17. ff. de legat. 2. Surd. de alimento. tit. 8. privil. 32. n. 1. Quæ tamen regula fallit in legatorum ad pias causas Executore per l. 28. & 49. C. de Episc. & Cler. Mejer. Bartol. & Surd. d. loc. quod etiam per l. g. ff. de alim. & cib. legat. in alimentorum Executore obtinet: Illi enim competit adversus alimentorum debitorem actio, Bartol. ad d.l. 9. ff. eod. n. 1. ex hac communiter adjecta ratione, quod alimentorum legatum sit causa pia, quod ipsum etiam probat Nicol. Everh. à Middelb. in locis legal. loc. 59. ab alimentis ad piam causam: An autem & quatenus haec ratio sit adæquata & vera, patebit ex sequentibus ad part. 2. posit. II. proponendis; Quod autem transactionem attinet, Executorem universalem non, sine Prætoris decreto, cum alimentario; particularem vero cum herede, non modo sine Prætore, sed nec sine alimentario transigere posse, verius putamus, quia nudi sunt ministri, & alimenta non ex bonis propriis, sed testatoris defuncti præstant. Bartol. & Surd. d. loc.

#### POSITIO X.

Et tantum quidem de Causa Efficiente Transactionis alimentariæ De Causa huius principali; Succedit minùs principalis, quæ vel est Impulsiva, vel Instru- just transactionis  
mentalis. Causa Impulsiva iterum est vel Interna, quæ alias ~~exogenus~~ <sup>nis</sup> minùs dicitur, vel Externa, alias ~~exogenus~~ <sup>principali</sup> dicitur; Causa Impulsiva interna <sup>que vel im-</sup> est Metus mortis, & Odium sicutum, quarum eventus utramque partem <sup>pulsiva,</sup> foli-

solicitem habet: Metuit enim alimentarius vel mortem mox futuram, vel lites, propter quas mavult rem quomodo cunq; certam potius habere, quam per lites, quarum exitus maximè dubius, alimenta ab adversario extorquere, haud immemor illius, quod ait Cicero in lib. 2. de offic. *A litibus, quantum licebit, abhorrendum, cum non modo liberale de suo jure decidere, sed & interdum etiam fructuosum; quia litis comes Misericordia.* Causa verò impulsiva externa est commodum, quod ex transactione utraque pars sperat: Alimentarius enim ex transactione se plus accepturum: Debitor verò alimentorum se minùs daturum sperat, quam si transactio de alimentis alias per totum vitæ curriculum præstandis inita non fuisset.

### POSITIO XI.

*vel instrumentalis.*

Causa Instrumentalis est conventio de certo quopiam pro alimentis præstanto; Illa autem est simplex, vel mixta: Simplex est vel pacatum nudum, ut, si quis pacificatur, ne, certo aliquo accepto, alimenta, ex testamento, seu ultima voluntate alia, debita ulterius petantur, arg. l.2. ff. & l.15. *C. de transact.* Vel contractus innominatus, veluti si quis der alicui fundum, vel mille aureos, ut alimenta in totum remittat, arg. l.6. *C. de transact.* Mixta autem conventio est, quando pacto vel contractui innominato insuper stipulatio, majoris firmitatis causâ, adjicitur: Illa autem stipulatio est vel nuda, vel qualificata: Nuda est, si quis id, quod antea nudo pacto promiserat alteri parti, ut ab alimentorum petitione discederet, postea eidem stipulanti promittat: Qualificata iterum est vel aquiliana, quæ novat obligationem dubiam & controversam, ipsaque per acceptilationem tollitur l.4. & 5. ff. *de transact. l.15. C. eod.* Vel poenalis, quâ certa poena in transactionem deductur, ab eo solvenda, qui prior transactionis fidem ruperit l.37. *C. de transact.* Quamvis nonnunquam majoris firmitudinis causa utraque & aquiliana & poenalis stipulatio adjici soleat l.40. *C. de transact.* Et hanc transactionem dicit firmissimam Mejer, in Coll. Iur. Arg. ad tit. ff. de transact. num. 26. De quibus omnibus & singulis tractant uberiorius Commentatores digestorum ad tit. de transact. & vel in primis Franck, ad ff. d. 11. n. 10. & seqq. Mejer. d. loc. & Biccus in Coll. Iur. Arg. encl. libid. n. 7. VVelsenb. ad ff. eod. tit. n. 3. Hahn, ibid. & Dd. communiter.

P O-

POSITIO XII.

Vidimus itaque hactenus Causam Efficientem tam principalem, *De Materia* quam minus principalem; Sequitur Materia, sive Objectum, circa *hujus transactio-* quod versatur alimentaria transactio; Illud autem sunt alimenta, & *actiones*, quidem, quod propositam nobis Materiam, non quævis, sed ultimam voluntate ex testamento nîm, vel codicillis, sive illi ab intestato, sive ad testamentum facti sunt, relicta, l. n. 8. §. 2. ff. de transact. Quod ipsum vel ex solo verbo *RELINQUENDI*, quo Divus Marcus in Oratione suâ usus est d. l. 8. impr. intelligi poterat, utpote quod ad ultimas voluntates propriæ pertinet l. i. §. 10. ff. de tabb. exhibend. Bartol. ad l. n. 8. ff. de transact. n. 1. Sed & Idem erit dicendum, ait Ulpianus in §. 2. & *Si mortis causâ donata sunt, relicta*; vel ab eo, cui mortis causâ donata sunt, relicta; Sed & si conditionis implenda gratia, relicta sunt, adhuc idem dicemus. Planè de alimentis, qua non mortis causâ donata sunt, licebit & sine Prætore auctore transfigi. Ubi in vers. planè &c. notandum; quod ibidem mortis causâ donatio accipiatur in significatione latissima pro mortis causa capione, non quidem special illa, de qua agitur in l. 38. ff. de mort. caus. donat. sed generali, qua omne comprehendit luctum, quod alicui ex morte alterius obvenit, sive ex hereditate, sive ex legato, sive ex fideicommisso, sive ex mortis causâ donatione, sive conditionis implenda gratia capiatur, nam omne id, in generali acceptio, mortis causâ capi dicitur l. 8. ff. de mort. caus. donat. Vid. Dn. Kornmannus, *JCTus Eminentissimus Doctor & Patronus noster multum venerandus in Colleg. suo Dida&t. adit. ff. de mort. caus. donat. n. 14. & 15. VVesenb. in paratit. ad eund. tit. n. 3. ibiq. Hahn. Zoël. adff. cod. tit. u. fin.*

POSITIO XIII.

Quæcunque igitur alimenta mortis causâ non capiuntur, seu, quod hoc in loco idem est, non mortis causâ donata sunt, de iisdem licebit & sine Prætore auctore transfigere, uti ait Ulpian. in §. n. 2. ILLA ALIMENTA VEL DEBENTUR JURE SANGUINIS, De alimentis  
jure sanguinis  
nisi debitis. VEL EX DISPOSITIONE LEGIS, VEL EX CONTRACTU ALIQUO. JURE SANGUINIS, uti liberi à patre, vel si ille non possit, à reliquis parentibus necessariò sunt alendi, tam de Jure Naturali per pr. Inst. de l. N. G. & C. quam Civili per rubr. & l. 5. l. 12. & passim

B 2

ff. &

ff. & C. de agn. & alend. lib. Meier. in Coll. Jur. Arg. eod. tit. n. 8. Carpz. in Iurispr. for. p. 2. conf. 10. def. 18. n. 1. & 2. Garf. in tr. de expens. & melior. c. 3. n. 1. 2. per eos. Bartol. in d. tr. 9. n. 8. Prückm. vol. 1. conf. 35. num: 24. quoniam patris propriè est alere liberos. Wels. confil. 26. n. 42. idque quam primum liberi sunt nati Hahn. ad Wels. adit. ff. de agn. & al. lib. n. 4. verb. præsternim triennio maiores. Carpz. in I.P.F. p. 4. conf. 27. def. 5. à quibus minus rectè dissentunt Commentator ille in additam. ad Zoës. ad tit. ff. de agn. & al. lib. Hartm. Hartm. lib. 2. obs. practic. tit. 37. obs. 1. Bart. in d. tr. 9. n. 13. & plurimi sibi Matri usque ad triennium alimentationis onus injungentes, quorum longum textit catalogū Prückman. d. conf. 35. n. 1. Ita vicissim econtrariò parentes egeni eodem naturali & civili jure à liberis sunt alendi d. l. 5. §. 1. 2. 4. & passim ff. de agn. & alend. lib. Hahn. ad VVes. d. loc. Zoës. ad ff. d. t. n. 3. & 4. Struv. in syntagm. Jur. civ. exerc. 30. ib. 78. Meier. in C.I. A. d. loc. ib. 9. Surd. de alim. tit. 8. privil. 16. n. 21. Bartol. in d. tr. 9. num. 12. Hisce in casibus Quozirur: An liberi vel parentes de alimentis taliter debitis rectè transigant? Quod negandum est, verum non tam propter D. Marci Orationem, quæ de hujusmodi alimentis concepta non est, quam propter pietatis rationem, sanguinisque charitatem, & Jus naturale, quo ejusmodi alimenta deberi demonstratum fuit supra: Illud autem Jus privatorum pactis mutari nescit §. pen. Inst. de I.T.C. G. & Crv. l. 34. ff. de pact. Surd. de alim. tit. 8. privil. 56. n. 20. in tantum, ut filius ne quidem cum juramento renuntiare possit alimentis à Patre sibi debitis, & statutum vel consuetudo, quæ Patri onus alimentandi liberos remittitur, tanquam irrationabilis, non valeat c. fin. X. de consuetud. VVes. in parat. de agnosc. & al. lib. n. 4. Hartm. Hartm. lib. 2. pract. observ. tit. 37. observ. 3. n. 12. & seqq. Surd. de alim. d. loc. n. 22. 25. & 59. & Dd. ibidem alleg. & idem observationis paritatem obtainere in alimentis liberis parentibus debitis tradit Surd. d. loc. n. 21. Unde orta est illa Practicorum Maxima: Quod legitimæ Jure naturali debitæ vel doti renuntiaris non possit, quia dos alimentorum loco sit, Surd. de alim. d. loc. n. 10. Nicol. Everh. à Middelb. in loc. legal. ab alimentis ad dotem. loc. 70. Et hinc dotem filiarum cum legitima & alimentis symbolizare ait Wesenb. confil. 50. n. 31.

POSITIO XIV.  
EX DISPOSITIONE LEGIS Patronis egentibus, horumq;  
liberis

liberis & parentibus, si sc. liberi, à quibus alantur, non superstinent, à *Do alimentis*  
libertis pro facultatum modo alimenta debentur *l.5. §.18.* & seqq. ff. de ex dispositione  
*agn. & al.lib. Struv. in syntag. Iur. Civ. exerc. 37. b.61.* Meier, in Coll. I. legis debitio.

*A. ad tit. ff. de agn. & al.lib. th. 11.* quia, cum vitam civilem habeant li-  
berti à patronis, quodammodo Parentum loco haberí videntur Wefen.  
*in parat. ad tit. ff. de obs. parent. & patr. pref.* Econtrariò quoque Pa-  
tronis à libertis egenis operas exigentibus necessitas alimentandi liber-  
tos, & quidem sub amissione Juris patronatus, injungitur *l.6. ff. de agn.*  
*& al.lib. Meij. in Coll. Iurid. Arg. d.loc.b.12.* Ad horum exemplum Va-  
fallus etiam tenetur ad alimenta domino egeno subministranda, per &  
propter rationes sequentes 1, quod Vasallus, secundum fidelitatis for-  
mam, ipsum in columem servare debeat *2. Feud. 6.* Cui pro 2, hoc con-  
fessaneum est, quod domino, cui magnum periculum imminet, adju-  
torium præstare teneatur *ex 2. Feud. 26. §. licet &c.* periculum autem im-  
minet vel maximum, tunc, quando propter famem & sumnam egesta-  
tem vita ipsius dominis pericitatur, quem necare videtur, dum alimen-  
ta denegat *l.4. ff. de agn. & al.lib.* Idque pro 3. eo minori, ut videtur, du-  
bio obnoxium est, ex quo Vasallus dives, domino inopi, qui bellum ne-  
cessitate premitur, certa pecunia quantitate subvenire cogitur, uti ex  
*Zasio docet Vult. de feud. lib. 1. cap. 10. num. 44.* Quantò magis igitur  
Domino succurrendum est in hoc nostro casu, quo stomachus bellum  
indicit corpori ipsius Domini, quod sine subsidiis vita necessariis sub-  
sistere haud potest. Quibus & 4. accedit, quod argumentum à liberto  
ad Vasallum ductum regulariter in jure sit validum, docente hoc, & qui-  
dem in terminis Nicolao Everh. à Middelb. in loc. legal. à liberto ad Va-  
fallum loc. 25. n. 14. Cum igitur libertus Patronum alimentare teneatur  
secundum antea alleg. iura, nec Vasallus sine insigni injuria Domino ali-  
menta denegare poterit. Unde etiam 5. hæc ltentitia, quod nim. Do-  
minum inopem Vasallus alere teneatur, tanquam pietati & æquitati ma-  
gis consentanea, pluribus aliis & quidem probatissimis quibusq; J Ctis  
placuit, ceu relucet vel ex Bartol. ad l.7. ff. de agn. & al.lib. n. 2. & in tr. 9.  
de alim. n. 45. Surd de alim. tit. 3. q. 3. n. 13. & tit. 7. q. 31. num. 9. Hartm.  
Hartm. in lib. 2. præf. observ. tit. 5. 4. obs. 33. Finckelth. in controv. feudal.  
illust. diffut. 9. th. 19. Ludw. in synops. Iur. feud. cap. 14. circa fin.  
Meier, in C. I. & A. tit. ff. de agn. & al.lib. th. 11. Verum ita alere teneatur,

ut tamen ultra dimidiam redditum feudi partem Domino, si tantum eius alimenta desiderent, suppeditare non teneatur 2. Feud. 54. & 2. Feud. 55. §. 1. Ludw. in synops. iur. feud. d. loc. & alii supra allegati, à quibus tamen minus recte dissentit Wcl. de feud. c. 10. n. 17. & alii, quia Dn. Finckelth. & Ludv. d. l. recensentur. Quemadmodum itaque Vasallus dives Dominium egentem; Ita vicissim Dominus locuples Vasallum in opem propter rationum identitatem atere teneatur arg. 1. Feud. 6. §. mutuus &c. quia Dominus & Vasallus ad paria tenentur & mutuum sibi auxilium invicem præstare debent 2. Feud. 6. infin. ubi Feudista communiter Finckelth. in controv. feud. diff. 7. th. 23. Surd. de alim. tit. 3. q. 3. n. 14. Hisce igitur in casibus & similibus aliis prædictæ personæ, præsuppositis tamen terminis habilibus: de alimentis recte transfigere possunt; tum quodjuri pro se introducto quilibet possit renuntiare l. 29. C. de pact. ubi Dd. communiter. tum etiam quod jus patronatus cuiilibet per quacunquę dispositionem tam inter vivos, quam mortis causâ, remittere integrum sit per l. 3. C. de bon. libert. & jur. patron. Dominum vero feudi. Vasallo servitus & onera quævis feudalia remittere posse, tam notum est, quam quod notissimum arg. cap. 41. X. de testib. & attestat. Ludw. in synops. iur. feud. cap. 4. p. m. 95. Finckelth. in controv. feud. slustr. diff. 2. thos. 24. & 25.

### POSITIO XV.

*An de alimen-  
tis ex contra-  
ctu debitibus  
transfigere  
liceat?*

Verum huic tractationi nobis diutiùs immorari lubido non est, maximè cum alimenta hæc ad D. Marci Orationem propriè non pertineant; Ut necilla, quæ ex contractu aliquo debentur: Unde de illis transfigere, etiam sine Prætore authore, licere desertere sit Ulpianus in §. n. 2. Vid. Hahn. ad VVes. tit. ff. de transact. num. 5. Struv. in syntagm. Iur. Civ. exerc. 6. th. 58. Zoël. ad tit. ff. de transact. n. 17. Frantz. ad ff. cod. tit. n. 20. Brunneman. in Comment. ad Cod. l. 8. de transact. infin. Donell. add. l. 8. C. n. 8. Bartol. ad l. 8. ff. de transact. ad pr. n. 5. & Dd. ibidem communiter. Et hanc sententiam, nemine ferè contradicente, omnes tene-re, attestatur Surd. de alim. tit. 8. privil. 56. n. 84. Rationem autem di- veritatis, cur de alimentis ex ultimâ voluntate debitibus, sine Prætore, transfigere non liceat, de illis verò, quæ debentur ex contractu, liceat, non eandem tradunt Juris Interpp. Aliam enim proponit Bartol. ad l. 8.

ff. 15. 80

1.8. ff. de transact. n. 5. quam probat etiam Surd. d.l. n. 86 in fin. Aliam  
Idem Bartol. repetitam tamen priori, habet in tr. de alim. g. n. 34. Aliam  
Donell. ad l. 8. C. de transact. n. 8. Nos rationem diversitatis in eo con-  
fistere putamus, quod in alimentis ex ultimâ voluntate debitis T A C I-  
TA T E S T A T O R I S V O L U N T A S, quam neque heres, neq;  
alimentarius oppugnare debet, transactioni interdicat; De qua pluri-  
bus agetur infra ad part. 2. pof. 2. At, alimentis ex contractu debitis  
promissor, non tam alimentario, quam sibi consulat, dum alimenta  
certis pensionibus dividit: Hinc etiam nulla lex, nullaq; ratio est, quæ  
hanc transactionem prohibet; Atque ita etiam sentire videtur Zoël. ad  
ff. iii. de transact. n. 7. Bach. ad Tr. v. I. disp. 7. th. 4. lit. F. Præterea cum  
hac ratione conjungi potest & illa, quam tradit Bartol. in tr. g. num. 34.  
quod Lex se, præsumat unumquemq; in eo cauicorem esse, quod suâ in-  
dustriâ, quam quod alieno labore ex ultimâ voluntate acquisivit. Quam-  
vis autem hanc rejicit Surd. d.l. n. 86. idèò, quod secundum eam nec de  
alimentis, per donationem inter vivos, quæstis, quippe quæ nullo la-  
bore & nullâ alimentarii industriâ ipsi obveniunt, sine Prætore trans-  
igere licet, quod tamen ablurdum, & contra communem Doctorum  
doctrinam, sive omnem omnino transactionem, de alimentis non  
mortis causâ donatis, sine Prætoris autoritate factam validam esse sta-  
tuunt secundum Dd. suprà allegatos: At tamen, licet ratio illa posterior  
Bartoli per se, & sola non sit sufficiens, quatenus tamen priori jungitur,  
eandem rectè tolerari posse statuimus.

#### POSI TIO XVI.

Materiam itaque, sive Objectum Transactionis alimentariæ con-  
stituunt alimenta ex ultima voluntate debita. Unde queritur: An & <sup>An alimento-</sup>  
illa alimenta, quæ aliquis, in extremis vitæ constitutus, absolutè, & sine <sup>rum in agone-</sup>  
<sup>donatio, sit do-</sup>  
<sup>natio m.c.</sup> illa redhibendi conditione, cuidam donavit, ultimâ voluntate relicta  
sunt? Quod ipsum quidem primâ fronte videbatur affirmandum om-  
nino, cum illa certè sit ultima vel supraemallicujus voluntas, post quam  
idem ille aliud velle non potest l. 1. C. de SS. Eccles. Unde etiam dubita-  
tum fuit olim, an illud tempus moriendi vita, an morti, sit adscriben-  
dum t. iste Cujac. lib. 3. observ. cap. 34. Dicendum ergò videtur in hoc  
nostro casu subesse mortis causâ donationem, cum in alias speciem  
non

non eadat, & tamen sit uita tima voluntas: Licet autem verba deficiant, rest tamen ipsa latitudo loquitur; Et præterea is, qui donationem usque ad mortis tempus distulit, haud dubio donatus non fuisset, nisi mortis periculum minineret, unde quidem aliter præsumi non potest, quam, intuitu & cogitatione mortis mox subsecutur, donationem factam esse; Verum hisce & aliis rationibus insuper habitis: Nobis, circa propositam questionem, contraria, & hæc nim. fixissimè sedet sententia, quod hujusmodi alimenta, non tam mortis causâ, quam à moriente censeantur donata per l.42. § fin. ff. de mort. causa donat. Struv. in syntagm. Iur. Civ. exerc. 40. thes. 25. Zoel. ad ff. tit. de mort. causa donat. n.2. Treutl. vol. 2. diff. 19. th. 9. lit. a. Nec enim quævis ultima voluntas facit legatum, fideicommissum, vel mortis causâ donationem, sed solennis demum; Quenam autem in mortis causâ donatione requirantur solemnitez explicat Struv. d. loc. & præsumptio illa, suprà adducta, decisâ per Papinianum in d.l. 42. § fin. controversiâ cessat. Sed si tamen circumstantiae ad sint valde prægnantes, & mortis causâ donationem maximè urgentes, Judicis erit circumspecti hac de re judicare, uti docet Bachov. ad Tr. d. diff. 19. th. 9. lit. A. verb. Neg. sufficit.

## POSITIO XVII.

*An donatio  
alimentorum  
m.c. cum clausula  
sila de non re-  
vocando, sit  
ultima voluntas?*

Cœterum, & illud disquisitionem meretur: An illa alimenta, quæ mortis causa alicui fuerunt donata, cum clausula, de iisdem non revocandis, ultimâ voluntate relicta sint? Et licet variè inter se dissentiant Dd. ceu relucet vel ex Fachin, lib. 5. controv. cap. 23. Verior tamen nobis est sententia negantium per textum difertum in l.27 ff. de mort. causa donat. Welenb. in parat. ad d. tit. n. 6. in fin. & Hahn. ibid. Zoel. d. t. n. 11. Struv. in synt. Iur. civ. exerc. 40. th. 26. Bach. ad Trentl. v. 2. diff. 19. th. 9. lit. A. Unde Bartol. add. l. 27. docet: verba illa, *Ubista donatur mortis causa magis esse significativa causa contractus, quæ quis commotus est ad donandum inter vivos, quam quod significant nomen contractus.* Erit igitur donatio talis inter vivos, quia clausula de non revocando pugnat cum donatione mortis causa, quæ sui naturâ est revocabilis arg. l. 1. & 2. ff. de mort. causa don. junct. §. 1. Inst. de donat. Quam sententiam & olim probatissimi ubique JCti Marburgenses, quæ do- cendo, quæ consulendo, sustinuerunt, uti apparet ex vol. 4. consl. 45.

n. 19.

495 17 50

v.19. & adhucdum sustinent successores eorum celeberrimi, JGti ex-  
cellentissimi, Dn. Ericus Graffius in Collegio suo quæstionario, adit.  
ff. de mort. causa don. & Dn. Johannes Hartmannus Kornman. in Colleg.  
suo Eroematico ad eund. tit. q. 9. Doctores & Fautores nostri æternum  
venerandi. Deinde, & illa quæstio, quam nodo Gordio intricatiorem  
dicit Hahn. ad VVes. tit. de mort. caus. don. nobis effet ventilanda : *An ali. An mentione-  
mentorum donatio, in qua mentio mortis facta est, sit inter vivos, an vero mortis facta in  
pro mortis causâ donatione habenda?* Verum, cum omnia, quæ ad ali  
mentaria transactionis materiam proponi possent, ad longum exequi, natio  
nimis prolixum foret, neque nostris sit instituti, remittimus Lectorem  
Benevolum ad Dn. Hahn, ad VVes. d. loc. qui solam mentionem mor-  
tis non sufficeret, rectè putat, sed insuper inter alia requiri, ut intuitu &  
causâ mortis donatio fiat. Vid. Struv. in syntagm. Iur. Civ. exerc. 40.  
th. 25. Dn. Richter. in decision. p. 1. decis. 22. n. 4. & seqq. Carpzov. in  
f. P. F. p. 2. conf. 12. def. 24. qui ad hanc opinionem confirmandam  
præjudicium aliosque Dd. consentientes plurimos allegat.

## POSITIO XVIII.

Sed unicus adhuc scrupulus, antequam à Materia ad Formam trâs- De Objecto  
eamus, venit removendus, quod nim. Alimenta illa non videantur ido- Transactionis  
neum transactionis objectum, quale quod supponit rem dubiam & li legitimo,  
tigiosam l. 1. ff. de transact. VVelenb. in parat. ad tit. ff. de transact. n. 3.  
ibidemq. Hahn. Struv. in syntagm. Iur. Civ. Exerc. 6. th. 56. Zoël. ad ff.  
d.l. n. 14. Frantz. ad ff. eod. tit. n. 5. & 6. Vult. in Iurispr. Rom. lib. I.  
cap. 59. Osterman. in Coll. Iur. Colon. v. 1. disp. 7. th. 22. Treutl. v. 1. disp. 7.  
thef. 4. Gail. lib. 2. obs. 70. n. 12. Conf. Marburg. v. 4. cons. 11. n. 140. &  
Conf. 32. n. 21. 28. & 209. Prückm. v. 1. conf. 49. n. 33. Donell. ad tit. C.  
de transact. in pr. n. 5. & 6. Bartol. ad l. ff. eod. n. 2. Alimenta autem il-  
la sunt certa, & non facilè litigiosa ; Nam aut inspectæ sunt testamenti  
tabulæ, & certum est eadem ultimâ voluntate relicta esse ; aut nondum  
sunt inspectæ, & adhuc incertum est, an debeantur. Posteriori casu  
transactionis objectum alimenta esse nequeunt, quia de controversiis  
ex testamento pendentibus non, nisi inspecto testamenti tenore, trans-  
igere licet ; l. 6. ff. de transact. Hahn. ad VVes. d. l. & alii, quorum longum  
recenset Catalogum Struv. in synt. Iur. Civ. exerc. 6. th. 57. Conf. Conf.  
C Marb.

Marb. vol.4. cons.32. n.50. Priori verò casu, quando nim. ex inspectio-  
 ne bularum constat alimenta relicta esse, jam non sunt res dubia, sed  
 clara & certa, qualis etiam Transactionis objectum idoneum non est  
 VVesemb. cons.38.n.19. Pruckm. v.1. cons.2.n.140. & Dd. communiter.  
 Neque etiam lis tantoper est metuenda, cum heres alimentorum solu-  
 tionem reuens, facile, & quidem actionibus fat multis, ad eandem co-  
 gi possit. Et prateres non suffici hie lis quædam ficta, quia ita facilè  
 circumveniretur Oratio, ut ait §.20. Si cum lis quidem esset de alimentis,  
 transactum autem de lite fuisset: transactio valere inconfutato Pratore non  
 potest, ne circumveniatur Oratio: singi enim lites poterunt, ut trans-  
 actio etiam circa Pratoris fiat autoritatem. Verum hisce non obstan-  
 tibus, alimenta semper esse dubia, & maximè litigiosa, nullo negotio  
 ostendi potest, Sunt enim dubia I. quoad finem: Nam cum vitâ homi-  
 nis nihil sit incertus, incertum est, quandiu alimenta sint durata,   
 quod ipsum allegat Frantz. adff.d.l. & ex eo Osterman. in Coll. Iur. Cau-  
 lon. d. l. Notum enim est, quod homo extincto extinguantur etiam  
 alimenta I. Mela &c. in pr. ff. dealim. & cib. leg. l.n.8. §.10. ff. de trans-  
 act. Et hinc onus alimentorum, ex parte ejus, qui eadem præstare te-  
 netur, reale, & ad heredes transitorum: Ejus vero, cui præstantur, per-  
 sonale esse, & morte finiri, dicit Struv. in syn. Iur. Civ. exerc. 35. th. 69.  
 Gail. 2. obf. 88. n.13. Carpz. p.2. cons.46. def. 20. n. II. & p. 3. cons.15.  
 def. 30. n. 4. Pruckm. v.1. cons.35. n.30. Surd. de alim. tit. 5. q.1. n.1.2. & 3.  
 II. Dubia etiam sunt alimenta quoad quantitatem & aestimationem, ma-  
 xime si certa quantitas a testatore assignata non sit, dum Alimentarius  
 fortè majorem summam ratione sui Status sibi deberi, heres verò ad  
 eandem exsolvendam se obligatum non esse contendit; Ethinc alter-  
 nationes, quid testator senserit? quid hujus vel illius conditionis homi-  
 nibus præstari debeat? quid vel testator, vel alii præstare soleant? &  
 plurimæ aliae suboriri solent: Unde constat, quam facile hujusmodi  
 alimenta, si actu non sint, possint fieri litigiosa: Nec enim præcisè re-  
 quiritur, item præsenti tempore de alimentis veram subesse: Nam res  
 litigiosa est vel actu, vel potentia, ut si quis item verisimiliter timeat,  
 metus igitur litis in hac materia sufficit verus, ut alimenta dicantur litig-  
 iosa l.2. C. de transact. Frantz. adff. tit. de transact. n.6. Zœl. cod. tit.  
 n.14. Pruckm. vol.1. cons.49. num.35. & cons. 50. n. 213. Conul. Mar-  
 burg. vol.4. cons.32. n.209.

POSI.

48 19 36

### POSITIO XIX.

Postquam igitur evictum, alimenta ultimâ voluntate relicta idoneum esse Transactionis nostræ objectum, progrediendum est ad Formam, quæ vel Generalis, vel Specialis & propria. Generalis coincidit cum forma illa omnium Transactionum communi, & consistit in eo, ut si aliquid dato retento vel promislo, l.3. C. de transact. Mejer. ix. Coll. Iurid. Argent. ad tit. de transact. n.26. Biccus in Coll. Argent. anach. d. tit. n.9. Donell. ad tit. C. de transact. in pr. n.8. Hartm. Hartm. in lib. 2 obser. forens. tit. 2. obser. 1. n. 12. quod unicum esse Transactionis substantiale dicit Hahn, ad IV Ves. tit. de transact. n.3. Vid. Pruckm. vol. i. conf. 2. num. 21. qui in eo non solum naturam, verum etiam perpetuam Transactionis substantiam versari, ait, ut aliquo dato, vel retento vel promislo, lis. vel mota, vel quam motam iri, timor erat, effugiat; Unde & Transactionis proprium dicitur à Cravetta part. 6. conf. 995. n. 20. Et inter requisita substantialia referuntur in Cons. Marburg. vol. 4. conf. 2. num. 21. Atque hinc oppidum notandum illud, quod ex Jalone referunt Bachov. ad Treutl. vol. 1. disp. 7. sh. 1. lit. f. quod Instrumentum Transactionis non valeat, in quo, aliquid datum, retentum, vel promissum esse non sit ad scripnum, licet illud sit publicum, uti in Augustissimo Imperiali Cameræ judicio conclusum esse testatur, Gail. 2. obs. 71-n. 1. 2. & seqq. Formâ autem specialis & propria hujus transactionis præfertim licita, consistit in eo, quod, autore magistratu, hujusque cognitione & decreto interveniente, necessariò fieri debeat, l. n. 8. in pr. & paſim ff. de transact. De quibus omnibus fusus infra part. 2. pos. 1. & part. 3. per tot. Sed de forma satis: properandum est ad Finem.

### POSITIO XX.

Finis Alimentorum transactionis est, ut alimentarius pro alimen- tis, quæ à dubia fortunæ & litium alea dependent, certum quid potius consequatur: Bona enim præsentia certa, præferuntur futuris incertis. Et tantum de Transactione alimentaria in genere, de cuius Effectu subjiciendum quidem aliquid hic est: Verum, cum ille, prout transactio illa est vel licita vel illicita, diversus sit, rectius nos facturos putamus, si in subsequentibus Transactionis alimentorum utriusque, tum illicitæ, tum licitæ Effectum proprium assignaverimus.

C 2

P A R.

## PARTIS SECUNDÆ

## POSITIO I.

De alimento-  
rum trans-  
actione illis-  
cita.

**Q**uamvis transactio de rebus ferè omnibus, dubiis tamen & litigio-  
sis, sit licita, eadem tamen non uno eodemque procedit modo :  
Quædam enim res ita comparatæ sunt, ut simpliciter valeat super illis  
transactio : Quædam vero, ut non aliter, quam interveniente alio ali-  
quo, & quidem vel solemnitatis vel cognitionis causâ, de illis transigi  
possit. Frantz. ad ff. tit. de transact. n. 15. Osterman. in Coll. Iur. Colon.  
disp. 7. tb. 27. & 33. Propter solemnitatem transigere non possumus de  
controversiis, quæ ex testamento oriuntur, nisi inspe&is ipsius testa-  
menti verbis l. 6. ff. de transact. Vid. Dd. suprà alleg. tb. 18. Propter co-  
gnitionem vero necessariam transigi nequit de alimentis ultimâ voluntate  
relictis, nisi vel Prætor, vel alias, cui hęc cognitione specialiter est  
concessa, interveniat, de iisque cognofcat l. n. 8. pr. & passim ff. de trans-  
act. VVefenb. in parat. ad iiii. ff. de transact. n. 5. ibid. Hahn. Struv. in-  
Gnagm. Iur. Civ. exerc. 6. tb. 8. Frantz. d.l. n. 19. Osterman. in Coll. Iur.  
Col. loc. tb. 37. Zoël. d. tit. n. 17. Meier. in Coll. Iur. Arg. eod. tit. n. 33.  
Biccarius in Coll. Arg. enuel. ibid. num. 10. Vinn. in tr. de transact. cap. 6.  
Treutl. vol. 1. disp. 7. tb. 4. lit. f. Bartol. ad l. 8. ff. & C. de transact. & Dd.  
ibidem communiter Sord. de alim. tit. 8. privil. 56. per tot. De hac autem  
Alimentorum transactione illicita, qua sit sine Prætoris autoritate,  
in parte huius Disputationis nostræ Secundâ, nobis sermo erit : Ubi  
ante omnia inquirendum in rationem : Cur hec alimentorum trans-  
actio sit prohibita, &c., ut valeat, tam accuratam Prætoris cognitionem  
desideret ?

## POSITIO II.

Ratio, ob quam  
alimentorum  
transactione pro-  
hibita est.

Ulpianus enim Orationem Divi Marci interpretatus à ratione,  
quæ eundem ad alimentariorum transactionis prohibitionem impulsit, ini-  
tium fecit : Proinde & nos illius vestigiis insistendo, in ratione hujus  
Orationis investiganda erimus solliciti. Et quidem de causa Impulsiva,  
quia est Legalis, nulla ferè potest esse dubitatio, quæ proponitur in pr.  
l. n. 8. Ne alimentarii contenti modico presenti facile de alimentis  
transigerent, & postmodum, modicā illā pecuniā consumptā, alimen-  
tis

vis destituerentur; Ita enim est comparata hominum natura, ut praesentis commoda magis spectent, quam futura. Et hanc causam recte impulsivam seu Irritaticem appellat Vinn. in tr. de transact. cap. 6. n. 3. Sed in causa principalis inquisitione non adeo conveniunt Interpretes Juris. Surdus in tr. de alim. tit. 8. privil. 6. n. 3. & 4. Eam in favore alimentorum. Bartolus verò ad L. 8. in pr. ff. de transact. n. 6. & in tr. de aliment. 9. n. 34. quem sequitur novissime Hahn. ad VVes. tit. de transact. n. 5. in duplice favore & alimentorum, & ultimè voluntatis, eam consti-  
stere putat. Verum neutra opinio dubio caret: Nam si favor alimentorum tantum operaretur, nec de alimentis ex contractu debitis licita esset transactio, quod tamen fallit esse, suprà fuit demonstratum: Nec favor ultimarum voluntatum quicquam huic rationi opitulatur, nam si ille transactionem prohiberet, de nullis rebus testamento relictis, etiam inspectis tabularum verbis transfigere liceret, quod ipsum tam  
sine absurditate, nemo facile adstruet. Rectior itaq; nobis videtur eo-  
rum sententia, qui duplēcēm hujus prohibitionis rationem assignant.  
Remotam aliam, aliam proximam: Remota consistit in utilitate pu-  
blica, ne civitas, alimentariis forte, propter elicitas & inconsultas trans-  
actiones, ad inopiam vergentibus, repleatur mendicis atque egenis; In-  
terest enim Reip. ne quis re suā male utatur. S. fin. Inst. de his, qui sunt s.  
vel al. jur. Proxima vero consistit in tacita Testatoris voluntate, qui ali-  
mentario subvenire voluit, ne egeret deinceps aut fame periret, quia  
alimenta ut plurimum sequioris vel seignioris vita hominibus relinqui  
solent, de quibus non est industria vel frugilitatis magna opinio: Jam  
vero si alimentario transactio, & quidem nociva, permitteretur, hoc  
certè fieret contra piam testatoris voluntatem & intentionem, qui illi  
de alimentis non ad tempus, sed per totum vitæ curriculum prospiceret  
volut. Videatur Donell. adl. 8. C. de transact. num 5. Vinn. in d. tr. de  
transact. c. 6. n. 3. Cujac. adl. 8. de transact. in pr. verf. Testatoris volun-  
tatem & sententiam Senatus subsecutus est. Hoenon. lib. 2. disput. iurid.  
diff. 2. th. 6. lit. E. Et hanc rationem magis etiam probare videtur Hahn.  
ad VVes. d. l. n. 5. dum priori subjicit: quod verisimile sit, testatorem  
VOLUISSE illi alimenta particulatim potius relicta, quam summam  
aliquam pecunia p̄stari debere, ne hâc mox consumptâ esuri-  
cogatur.

22

### POSITIO III.

Sed & huic posteriori rationi, nobis probata, non parum officere videtur, quod, stante hac sententiâ, alimentorum sc. transactionem ex tacita testatoris voluntate prohiberi, non opus fuisse videatur hac D. Marci Oratione, cum testatoris voluntas habeatur pro lege & merito, sine alio administratore, servanda juxta illud in Novell. 22. cap. 2. DISPO NAT ITA QUE UNUSQUISQUE SUPER SUIS, UT DIGNUM EST: ET SIT LEX, EJUS VOLUNTAS. Cons. Marb. vol. 4. conf. 41. n. 21. Unde & voluntatem testatoris contemnens, vel impugnans, facit se indignum relicto l. 77. §. liberti &c. ff. de legat. 2. Quin imo licet penam hanc privationis inobedienti expresse testator non imponat, nihilominus tamen privatur omni commode proveniente ab ea hereditate d.l. 77 & Auth. Hoc amplius &c. C. de fideicom. Surd. de alim. tit. 9. q. 25. n. 2. 3. & 4. Verum respondeatur, quod hac alimentorum transactio voluntate testatoris expressâ non prohibetur, nec prohiberi commode possit, ne Testator Eum, quem legato seu fideicomissio honorare vult, eo ipso offendat, dum moribus ejus diffidit; Ideoque D. Marcus secutus voluntatem testatoris tacitam Cujac. ad l. 8. ff. de transact. impr. anteà fortè à legatariis minus rectè observatam arg. pr. l.m. 8. hujusmodi transactionibus Oratione suâ expresse interdicta, & efficit, ut omnis transactio de alimentis sine Prætore regulariter sit invalida.

### POSITIO IV.

*An de habitatione & fine Prætore transactio possit?*

Alimentorum autem nomine, cum non solum veniant cibaria, & vestitus, & habitatio, & omne id, sine quo corpus ali nequit, ceu supra ostendunt fuit, & de illis omnibus Prætorem cognoscere velit Ulpianus in l.n. 8. §. i. ubi ait: *Eiusdem Prætoris notio ob transactiōē erit: siue habitatio, siue vestiarium, siue de prediis alimentum legabitur, negotium nobis facessit eiusdem legis §. ult.* In quo de habitatione transactio etiam sine Prætore admittitur contra §. i. qui aperte contrarium dicit. Neque satis facit nobis hic Surdus in tr. de alim. tit. 8. priv. 56. num. 100. dum docet, prohibitionem D. Marci in alimentis minimis non procedere, ideoque de illis etiam sine Prætoris autoritate transigere licere, in quem finem adducit l. n. 8. §. ult. De ea enim Surdi doctrina valde dubi-

dubitamus propter §. 14. & 23 Magis itaque placet Conciliatio Bartoli, qui ad l. n. 8. §. fin. commentatur, quod transactio alimentorum, per quam à forma legati non receditur, & alimentarii causa deterior non efficitur, valeat sine Prætore. Unde videndum: An & quomodo illa casibus in §. fin. propositis possint accommodari: Primus casus talis est: Si ad habitationem certa quantitas sit annua relata, & ita sit transactum sine Prætore, ut habitatio præstetur, valeat transactio: Rationem subjicit ipse Ulpianus: quia fructus habitationis præstatur, licet ruina vel incendio subiecta transactio est. Voluit enim testator habitationem legare, quam ipsam, si habuisset, haud dubio legaliter, & propterea in illius defectum nummos vel certam quantitatem aliam ad habitationem comparandam legavit, de quibus legatarius transegit, ita, ut pro iisdem habitatio præstetur, quæ transactione à forma legisti, sive testatoris voluntate minimè receditur, cum non tam ipsa quantitas, quam habitatio legata videri possit, quia pecunia ad aliquid destinata habetur pro illo, ad quod est destinata. Sigism. Scacc. in tr. de Commerc. & Camb. §. 1. quest. 7. part. 2. ampl. 8. num. 3. Nec alimentarii conditio hæc transactione fit deterior, quia pro nummis, qui facilè consumi poterant, ipsa fructus habitatione: Jure igitur merito etiam hæc transactio sine Prætore authore subsistit. arg. l. n. 8. §. 6. Nec obstat ipsius Ulpianitacita objectio: Quod alimentarii conditio videatur fieri deterior, cum pro re ab omni periculo libera, nummis sc. accipiat habitationem ruine & incendio subiectam; Nam illud periculum regulariter non pertinet ad inhabitantem, nisi culpa ejusdem vel dolus præcesserit arg. l. s. §. 4. ff. commod. cap. un. X. de commod. quæ culpa regulariter etiam ab Actore est probanda arg. l. 2. ff. de probat. l. II. §. 1. ff. de peric. & com. rei vend. quia dolus vel culpa non præsumitur l. 18. §. 1. ff. de probat. Videatur Hahn. ad VVes. tit. ff. de offic. pref. vig. verb. per negligentiam, ut fieri solet &c. Myns. cent. 6. observ. 88. num. 12. & 13. Gail. 2. obj. 21. num. 3. & seqq. Mindan. in consult. Saxon. lib. I. quest. 161. n. 23. & seqq.

### POSITIO V.

Alterum casum in fine b. l. proponit Ulpianus hisce verbis: Per contrarium quoq; si pro habitatione, qua erat relata, placuerit certane  
quan-

quantitatem præstari, transactionata est, & citra Prætorem. Ratio consistit in eo, quod testator voluerit fructum habitationis præstari, qui cum in pecunia vel alia quantitate certa, & justa, secundum Glossam ad §. n. fin. præstatur, ipsa præstari habitatio videtur, & præterea melior fieri potest conditio alimentarii, si forte habitatione illâ, quam heres offert, ut non sit commodum, vel ipse alimentarius propriam habeat habitationem; Quibus casibus quantitatem certam potius, quam habitationem accipere expedire, præfertim cum nullus hic, utin priori casu, subsit ruinæ vel incendii metus, quia genera interire nesciunt arg. §. 2. Inst. quib. mod. re contr. obl. l. i. §. 4 ff. de O. & A. Verum ita tamen hanc transactionem ratam esse putamus, si pro habitatione certa quantitas annua, semestris vel mensura præstetur. Nam si semel pro semper integra quantitas solveretur, salvis legi verbis mens Ulpiani circumveniretur contra l. 29 ff. de legib. & oblatâ pecuniâ consumptâ Alimentarius de habitatione posset pendere, quod abhorret Oratio arg. l. n. 8. §. 6. Hisce igitur duobus casibus admittitur, etiam sine Prætore, de habitatione transactione, quia, ut diximus, utilis est alimentario, & per eam à forma alimentorum minimè receditur: Alias regulatiter est, & manet, nisi interveniente decreto, prohibita. Addatur Glossa ad §. n. fin.

## POSITIO VI.

An de Calceario  
rio sine Prætoro  
re transfigere  
liceat?

Cum itaque omnem in genere de alimentis transactionem, sine Prætore auctore, Ulpianus ex Oratione D. Marci prohibitus, non contentus hac definitione generali, nominatione & specialiter etiam de Calceario transactionem sine Prætoris autoritate, factam reprobavit, quasi de ea quædam dubitatio oriri posset, in §. 14. ubi inquit: *De Calceario quoq[ue] arbitrio Prætoris transfigendum est.* Unde judicare licet de doctrina Surdi suprà allegata: Nam si de alimentis minimis sine Prætore transfigere liceret, & inter illa referenda esset habitatio, multò magis hoc in transactione de calceario procederet, quod ipsum tamen verum non esse, indicat fatis d. §. 14. Ratio autem dubitandi inde desumi potest, quod Prætoria dignitas vel Majestas, uti appellatur in l. 9. ff. de Iurisdict. & l. peni ff. de Iust. & jur. quodammodo contemni videatur, si de calcis, tanquam rebus vilioribus & minimis adiretur, decretumq[ue] inter-

interponeret; Sed, hāc non obstante, alimentariis plenissimè consulatum voluit Ulpianus, dum nec de calceario sine Prætoris autoritate transigendum censeret.

## P O S I T I O V I I .

Et quamvis D. Marci Oratio, & ad eam facta Ulpiani interpretatio de Alimentis simpliciter disponat, illa tamen dispositio ad alimenta futura restringenda est: Nam alimenta sunt vel annorum præteriorum, <sup>An transactio  
de alimentis  
præteritis vas  
teat?</sup> que præterita dicuntur, vel in sequentium, & futura appellantur. De præteritis alimentis, sine Prætore rectè transigitur, siquidem I. illa proprie alimenta non sunt, cum iis quis non alatur, vita enim jam aliunde est sustentata, & in præteritum nemo ali potest. Wel. in parat. ad tit. ff. de transact. n. 5. Struv. in synagm. Iur. Civ. exere. 6. th. 58. Donell. ad 1. 8. C. de transact. n. fin. Deinde & pro II. Ratio prohibitionis in iis alimentis cessat, quoniam nullum hic subest periculum, ne quis egeat, aut fame pereat, nam ex futuris alimentis pendet vita hominis, non ex præteritis Surd. in tr. de alim. tit. 8. priv. 56. n. 94. Bart. in tr. de alim. 9. n. 33. Quin imò pro III. cù minor de hāc assertione debet esse dubitatio, cùm hæc ipsa, līte fortassis olim ortā, Imperiali sententiā sit definita per I. 8. C. de transact. ubi Glossa Bart. & Dd. communiter. Vid. Wel. d. loc. & Hahn. ibid. Frantz. ad tit. ff. de transact. n. 20. Vinn. in d. tr. de transact. c. 6. n. 1. Brunneman. in Comment. ad I. 8. C. de transact. Sed obstat, si præterita alimenta non sunt alimenta, nulla potest de iis esse Alimentorum transactio, antecedens autem supra fuit demonstratum E. Verum Reip. quod, licet propriè non sint, relatione tamen habitu ad testatoris testamentum, qui ea reliquit, & ad id, quod fieri debuit, rectè alimenta dicuntur Vinn. in d. tr. d. loc. Donell. ad d. I. 8. C. de transact. n. fin. Et præterea antecedens maximè verum est de alimentis, quæ debentur jure sanguinis, & officio Judicis petuntur, illa enim, si fuerint præterita, pro alimentis non sunt habenda, unde etiam ne debentur quidem, & nullo modo peti possunt Bartol. ad I. 8. §. 1. ff. de alim. & cib. leg. n. 3. Dec. ad I. 8. C. de transact. n. 5. Surd. in d. tr. de alim. tit. 1. q. 32. n. 40. & tit. 5. q. 1. n. 43. Si vero alimenta debeantur ex dispositione hominis, & petantur jure actionis, de quibus nobis hic sermo est etiam præterita rectè dicuntur alimenta, unde & debentur & peti possunt Pruckn. vol. I. cons. 35. n. 58. & seqq. Bartol. & Surd. d. loc.

D

P O S I -

## POSITIO VIII.

Illud interim expeditum est, quod sive alimenta fuerint perpetuo relicta, sive ad certos annos, semper locum habeat Oratio, & transactio sine Praetore regulariter sit prohibita ex l. n. 8. §. 3. Perpetuo autem relinquuntur, quando ad supremam usque senectutem, ad vitam sc. relinquuntur, & ita Vocabulum *Perpetuum* etiam accipitur in l. 1 ff. pro sociis quamvis alias varias in Jure habeat significaciones, cetero lucet vel ex l. 7. ff. de Iurisd. & pr. Inst. de perp. & tempor. act. Ad certos vero annos, quando cum certa temporis præfinitione legantur, Meier. in Coll. Iur. Arg. ad tit. ff. de alim. & cib. leg. n. 3. Surd. intr. de alim. tit. 5. quest. 3. n. 1. & seqq. intra quod licet moriatur alimentarius, nihil tamen ad heredes transmittit, per l. 20. ff. quand. dies leg. velfid. ced. Surd. in d. tr. tit. 5. q. 1. n. 3. quia alimentorum legatum semper tacitam habet inexistentem conditionem, si nim. is. cui relicta sunt, anno vertente vivat l. 4. & l. 8. ff. de ann. leg. Sit tamen ad puberatem usque alimenta alicui legata fuerint, eadem anno duodecimo in feminis, vel decimo quarto in masculis non finiuntur, licet alias iis completis regulariter incipiatur pubertas, pr. Inst. quib. mod. tur. fin. fed ex forma à Divo Hadriano pietatis intuita data feminis usque ad decimum quartum, Malculis vero usque ad 18. annum alimenta debentur l. Mela 14. §. 1 ff. de alim. vel cib. leg. Struv. in syntagma. Iur. Civ. exerc. 35. tb. 66. Meier. in Coll. Iur. Arg. ad tit. ff. de al. & cib. leg. n. 8. Myntsing. cent. 3. observ. 12. Bartol. ad d. l. 14. ff. eod. tit. Verum si puer vel puellæ alimenta relinquuntur, eadem non tantum usque ad plenam puberatem secundum Melæ sententiam in d. l. 14. in pr. ff. eod. fed, modo de voluntate testatoris contraria expresse non constet, per totum vitæ tempus debentur; d. l. 14. ubi Glossa,

## POSITIO IX.

An sive Praetore valeat transactio de ali-  
mentis ex usu  
ris integra  
quantitatis  
reliktis?

Deinde & illud non minus exploratum est, quod secundum D. Marci Orationem nihil interstet, sive in menses singulos, sive in dies, sive in annos relicta fuerint alimenta, l. n. 8. §. 3. Unde queritur: An etiam locum habeat Oratio si integræ quantitas alicui fuerit legata, ut ex usuris ejus se alat, & mortis tempore pecunias restituat? Rx. Non cessabit Oratione. l. n. 8. §. 4. Rationem dubitandi hoc in casu suppeditat ipse textus, quoniam alimenta nec in menses singulos, nec in dies, neque in annos,

sed

116.81

827 86

sed simul integra quantitas erat legata, unde constare non poterat de tempore, quo alimenta erant distribuenda. Conf. Gloss. add. §. 4. Verum licet figurā Orationis & legati in annos singulos alimenta relicta non videantur, reipsā tamen relicta sunt, nam non tam ipsa quantitas, quam ulurā singulis annis solvendae legata sunt, cum hoc onere, ut ipsam quantitatem mortis lux tempore hereditari relitueret; Potest itaq; quantitatem illam legatam alimentarius fœnori exponere, & quinque pro singulis centenis de Jure Novissimo ex Recess. Deput. Spir. de an. 1600.

§. So viel nun rc. 152, annuationi alimentorum comparandorum gratia accipere. Ex quibus resultat & alia questio: Apud quem sit collocanda illa quantitas, ex qua alimenta alicui sunt relicta, an penes heredem, an verò penes legatarium? Et si quidem de voluntate Testatoris non constet, apud heredem potius collocandam esse pecuniam verius putamus, qui tamen si solvendo esse desinat, eo nomine cavere debet, vel in defactum cautionis pecunia apud Mercatorem idoneum sub honesto lucro est reponenda; Bartol. ad l. Divi Severi, ff. ad L. Falcida p. 2. Surd. intr. de alim. tit. 8. privil. 29. n.s. Si verò constet de voluntate testatoris, quod quantitatem illam apud legatarium collocari velit, penes eum etiam remanere deberet, ut in suprà adducto casu l. 8. §. 4. quia alias legatarius non haberet, quod restituere, nihil obstante l. 38. ff. de us. & usufr. leg. in qua reditus ex fundo, uxori, quoad vivat, sunt legati, qui tamen fundus penes heredem manet: Nam hic testator reditus dari voluit, ibi, quantitatem integrum legavit, ut ex usuris ejus se aleret, & post mortem tandem restituere. Ideoquē pendet hoc ipsum ex voluntate testatoris, quæ in iurisque sauis est expressa, Conf. Bartol. add. l. 38. ff. de us. & usufr. leg.

#### POSITIO X.

Sed dictum fuit in Thesi preced. Orationem D. Marci locum habere, licet alimenta expressè nec in singulos menses, nec in dies, neque in annos relicta fuerint. Unde incidenter queritur: Si testator nullum tempus alimentis adscripterit, sed in genere ea reliquerit, quo tempore sunt præstanda? Nam si quidem certum à testatore tempus fuerit assignatum, nulla potest esse dubitatio, cum voluntas testatoris & quiparetur legi, Nov. 22. c. 2. Surd. intr. de alim. tit. 4. quest. 15. n. 37. & d. tit.

D 2

q. 17.

Quo tempore  
sunt præstanda  
alimenta sine  
præfinitione  
temporis reli-  
cta?



q. 17. n. 20. Itaque quæstio nostra de eo loquitur casu, quo testator nullum tempus adscripsit, & tum vel personis non morituris, ut Collegio, Xenodochio v.c. vel Brephotrophio, aut Gerontocomio alimenta sunt relicta, & in annos singulos sunt præstanta l. 49. §. 3. C. de Episc. & Cler. Vel alii personis certis & morituris est alimentorum legatum relictum, & tunc vel recipiunt alimenta menstruam solutionem, vel non recipiunt: Priori cau singulis mensibus sunt præstanta l. fin. ff. de agnosc. & alend. lib. Posteriori vero, quando alimenta menstruam solutionem non recipiunt, ut Vestimenta, quæ si singulis mensibus essent præstanta, nimium gravaretur heres, illa annuatim sunt solverenda Gothofr. ad l. 48. ff. de alim. & cib. legat. in not. lit. X. vel etiam fructus ex certò fundo alimentorum nomine relicti, qui, ex tacita testatoris voluntate, tum demum, & toties debeantur, quando & quoties colliguntur Surd. in d. ir. de ali- ment. tit. 4. q. 17. n. 21. & seqq. Et hanc distinctionem probant Bartol. ad l. 8. ff. de alim. & cibar. leg. n. 2. ad l. 10. ff. de agnosc. & al. lib. & in tract. 9. n. 21. & plurimi alii, quorum indicem exhibet locupletissimum Surd. d. q. 17. num. I.

### POSITIO XI.

An in dubio  
Alimentorum  
legatum pra-  
sumatur?

Verum cum saepius dubitetur: An alimentorum legatum relictum sit, nec ne, in illud præprimis inquirendum est; Unde Quæritur: Si in annos singulos certa quantitas aliqui fuerit relicta an alimenta legata præsumantur? Et licet Haha. ad Wefenb. tit. de ann. & mensr. legat. Meier. in Coll. Jur. & Argent. eod. tit. th. 3. doceant, quod annuum legatum in dubio alimentorum causâ relictum intelligatur, illud tamen non, nisi sub distinctione Bartoli: ad l. n. 8. §. si in singulos &c. ff. de transact. & ad l. 9. ff. de alim. & cibar. leg. n. 5. concedi posse putamus: Ut si annuatim aliquid relinquatur homini tenuioris fortunæ, & pauperi, in dubio id videatur fieri causâ alimentorum l. 20. § 2. ff. de alim. & cib. leg. l. 19. in pr. ff. de ann. leg. & fideic. ubi annuam quantitatem à testatore relictam, & alimenta pro Synonimis, JCtus habet, & in annuo legato, neminem ferè contradicere dicit Surd. in tr. de alim. tit. 2. q. 12. n. 1. & 2. Si vero in annos singulos relinquatur aliquid homini divitiæ, & honestioris loci, qui aliunde satis habet, unde vivere possit, honoris potius, quam alimentorum causâ illud relictum intelligi debet; Surd. in d. ir. tit. 9. q. 6 num. 14.

H. b. 81

48 29 90

n. 14. & 15. Unde inquit Ulpianus in l. n. 8. §. 23. Si in annos singulos certa quantitas alicui fuerit relicta, homini honestioris loci: veluti salarium annum, vel ususfructus: transactio & sine Prætore fieri poterit. Jam si salarium illud, vel ususfructus annuus alimentorum causâ relictus prælumeretur, etiam in homine honestioris loci, nulla posset de his sine Prætore transactio procedere; Dicendum igitur quantitatem annuum diviti legatam non prælumia alimentorum causâ relictam, nisi hoc ipsum ex conjecturis probabilibus demonstrari queat; Vinn. in tr. de transact. c. 6 n. 9. Si vero de voluntate testatoris, illum legatum annuum alimentorum causâ reliquise, expresse constet, nulla de eo, licet sit valde tenue, etiam homini diviti, permittitur, sine Prætoris auctoritate, transactio, per §. 23. Ceterum si ususfructus modicus alimentorum vice sit relictus, dico, transactionem cura Prætorem factam nullius esse momenti, quia divites æquè ac pauperes ad voluntatem testatoris, in quae fundat Oratio, servandam, sunt obligati. Nihil enim interest, sit idem Ulpianus in §. 7. Utrum libertini sint, quibus alimenta relicta sunt, an ingenui, satis locupletes, an minus, Oratio semper locum habet Surd. in d. tr. tit. ut. 8. priv. 56. n. 5. Quibus nihil obstat, I. quod privilegia omnia, alimentorum causæ tributa, cessent, si homini diviti alimenta relicta sint secundum Busium & Costalium alleg. à Vinn. in d. tr. c. 6. n. 10. & quod II. tunc demum alimentorum causa inter pias referatur, & sit maximè favorabilis, quando pauperibus alimenta relinquuntur Bartol. in ir. de alim. 9. n. 23. & adl. Divi Severus & c. ff. ad L. Falcid. Surd. in d. tr. tit. 9. q. 3. n. 5. Nam quod allii, inter quos sunt Everhard, à Middelb. in locis legal. ab alim. ad piam causam &c. loc. 59. n. 1. & wesemb. consil. 80. num. 7. simpliciter statuunt, alimentorum causam de se esse piam, eiisque comparari, ut ex Mantzio probat Commentator ille ad Zoël. in addit. ad tit. ff. de agn. & alend. lib. illud indistinctè verum non est, sed rum demum, quando alimenta, non contemplatione amicitia tantum, sed paupertatis, alicui relinquuntur per Nov. 131. cap. 13. ibi: Et egentium pabula, & alias pias casas. Vid. Bartol. ad l. 9. ff. de alim. & cib. leg. n. 5. Mej. in Coll. Iur. Arg. tit ff. de alim. & cib. leg. num. 10. Illa, in quam, certè nihil officiunt, licet enim posterius, quod alimentorum causa, quando diviti eadem relinquuntur, non sit pia, concedatur, est nihilominus tamen, & manet adhuc favorabilis: Sed prius, quod

D 3

nim.

An alimento.  
rum causa sit  
pias?

nim. omnia privilegia alimentorum causa tributa cesserent tunc, quando diviti eadem relieta sunt, & proptereā etiam iure merito cesseret Divi Marci Oratio, & divitis de alimentis transactio etiam sine Praetore valeat, non usque quaque liquidum est: Et si vel maximē detur Antecedens, consequentia tamen negatur, cum illud, quod de alimentis sine Praetore transfigere non licet, non tanquam privilegium propter favorem alimentorum, sed propter tacitam testatoris voluntatem constitutum sit, ceu supra satis abunde demonstratum fuit in part. 2. pos. 2.

## POSITIO XII.

*Quid juris habeat alimentarius in fundo ad alimenta relatio?*

Ceterum, cum non solum quantitas certa, verum etiam fundus ad alimenta sapius legari soleat, discipiemus l. quid juris alimentarius in hujusmodi fundo habeat? & II. An de illo transactio etiam sine Praetore sit licita? Quod primam questionem attinet, Glossa ad l. n. 8. §. 15. & Accursius allegatus a Vinn. in v. de transact. c. 6. n. 12. fundi dominium transire putant, sed ad interium saltem, dum durant alimenta, quae morte finiuntur, per iura vulgata. Bartolus vero ad l. 4. ff. de alim. & cib. legat. Cujacius ad l. n. 8. ff. de transact. verb. qui transfig. &c. Meier. in Coll. Iur. Arg. ad tit. ff. de alim. & cib. leg. th. 8. & plurimi alii, quos sequitur Vinn. in d. tract. d. loc. Alimentarium plenum illius fundi dominium consequi, illudque ad heredes transmittere statuunt, quæ sententia veterior est, & nititur textu l. 4. ff. de alim. & cibar. legat. l. pen. in fin. ff. eod. ubi vineæ libertis sunt relicta, Ut habeant, unde se pascant, seu quod idem est, ad alimenta, & dicuntur, verba illa: Ut habeant, unde se pascant magis ad causam legandi, quam ad usum fructuum constitendum pertinere Confer. Bart. ad l. 31. §. species &c. ff. de donat. Et si fundus ad alimenta legatus, ex doctrina Glossæ, ad alimentarii heredes, instar ususfructus & legatialimentorum, non transiret, sequeretur, fundum illum post mortem alimentarii, tanquam fideicommissum, heredi esse restituendum, & quod proinde huic consequenter, fundus ille, veluti res restitutioni subiecta, alieno juri applicari non posset per l. fin. §. 2. C. commun. de legat. & fideicom. quod tamen directò est contra l. n. §. 15. qui hujus fundi, & alienationem, & transactionem, interveniente Praetore, permittit; Ita enim loquitur textus: Si, uni pluribusve fundus ad alimentaria fuerit relictus, velintq; eum distrahere; necesse est Praetorem de distra-

H.C. 1

diffractione ejus & transactione arbitrari. Ex quo resultat etiam alterius An de tali  
questiōnis resolutio, quod nim. ejusmodi fundi distractio, & trans fundo trans  
actio de eodem, inconsulto Prætore, regulariter fit illicita , Vid. Vinn. i gere hiceat?

Bartol. & Cujac. d. loc. sive ille fundus uni, sive pluribus ad alimenta fue-  
rit relatus, in tantum, ut non solum cum extraneo, sed etiam illi ipsi in-  
ter se, sine Prætore transfigere nequeant , Unde ait Ulpianus in d. §. 15.  
Sed si pluribus fundus ad alimenta fuerit relatus, & hi inter se transfigant,  
sine Prætoris auctoritate , facta transactio rata esse non debet, quoniam  
ratio, Tacita nim. testatoris voluntas , transactionem super alimentis  
prohibens, ne alimentarius fame pereat , & quæ militat in ea transactio-  
ne, quæ sit inter alimentarios, sicuti in ea, quæ sit cum extraneo Surd. in  
d. tract. tit. 8. privil. 56.n.12.

### POSITIO XIII.

Verū ab hoc legato, quo fundus ad alimenta relinquitur , longè  
diversum est illud, quo alimenta ex certo fundo legantur , & ab utroq;  
adhuc differt legatum, quo alimenta simpliciter relinquuntur, & pro il-  
lis certum prædictum obligatur, uti rectissime docet Bartol. ad l. 4. ff. de alimentorum  
alim. & cibar. leg. In priori legato proprietatem & plenum dominium A fundi ad a-  
transire, Th. preced. demonstratum fuit ; Sed in posteriori iutroque nec limenta legato  
dominium nec usum fructum legatum esse, verius putamus : Et siqui- differt legatum  
dem fundus pro alimentis præstandis expressè sit obligatus, integra alimentorum,  
sunt præstanda alimenta , licet tantum in fundo obligato natum non ex certo fundo,  
quia fundus pignoris causā adjectus est, cuius natura est, & legatum a-  
quod obligationem principalem neque augeat, neque minuat, per tex- limentorum,  
tum exertum in l. 12. ff. de alim. & cib. legat. Quem etiam fundum ali- pro gulbus fundi  
mentarius nec à pignoris nexus, sine decreto Prætoris, liberare potest, obli- quis obligatur,  
non magis, quam alienare per d. §. 15. ubi Ulpianus : Idem est, & si ager  
fuerit in alimenta obligatus. Nam nec pignus ad hoc datum, inconsulto  
Prætore, poterit liberari , cùm per hujusmodi fundi liberationem , ali-  
mentarii conditio reddatur deterior, cui, pignore consistente, datur  
actio hypothecaria, eodem vero dissoluto, saltē in personam actio.  
Si vero simpliciter sine pignore alimenta ex certo prædio fuerint relata  
(quod ipsum de Jure maximè novissimo semper tacitè pignori obliga- tur)  
tur

tur: An ultra fructus ex prædio natos, illis fortè ad alimenta non sufficientibus, heres conveniri possit? Ex interest, an fundus sive præmium limitationis vel taxationis causâ, e. g. Ex eo, quod in fundo Semproniano natum erit, tot Titio alimentorum nomine præstari volo; An verò designationis seu demonstrationis gratia adiectum sit, id est, quod fortassis ex eo commode alimenta præstari possint: Priori casu, ultra id, quod natum est, non tenetur heres l. 5 ff. de trit. vin. vel ol. legat. l. 8. § 2. ff. de legat. 2. Posteriori verò integra debentur alimenta, sicut fructus in prædio nati ad ea præstanta non sufficientant d.l. 12. ff. de alim. & cibar. leg. l. 27. §. ult. ff. de legat. 3. Vid. Sutholt. in dissert. 10. aphor. 13. Ludw. in comment. ad Inst. §. 7. Inst. de legat, ibique Bachov. Struv. in syntagma, Iur. Civ. exerc. 35. rh. 8. Hahn. ad Wes. tit. ff. de alim. & cibar. leg. n. 3. verb. Excerpto prædio. Bach. ad IV. Wes. in not. ad tit. ff. de condit. & demonstr. n. 4. & ad Treutl. vol. 2. diff. 13. rh. 4. lit. B. Bartol. ad l. 12. ff. de alim. & cib. legat. n. 3. Surd. in tr. de alim. tit. 4. quest. 16. n. 20. & tit. 4. q. 26. n. 1. & seqq.

#### POSITIO XIV.

*An alimentorum venditio  
hac Oratione  
sit prohibita?*

Cùm itaque omnibus illis in casibus super alimentis transactio per Divi Marci Orationem regulariter sit prohibita, illud nunc discutiendum erit: An etiam alimentorum venditionem hæc Oratio vetet? Quod Affirm. I. quia non tantum hoc in casu prohibitionis hujus causa impulsiva locum sibi vindicat, nam non minus venditio, quam transactio modo præsenti accepta fieri potest, sed etiam II. locum habet causa principalis tam remota, quam proxima, quia per hujusmodi inconsultam alimentorum venditionem facile Civitas Mendicis repleri potest, & impugnatur præterea per eam tacita testatoris voluntas, qui voluit per vices alimenta præstari, ne una vice legitum totum consumetur, & postea legatarius de alimentis penderet. Cui accedit pro III. quod omnem omnino actum, quo alimenta intercipiuntur, vetet Oratio per l. n. 8. §. 6. in fin. Jam verò per alimentorum venditionem oblatâ pecunia praesente intervertuntur alimenta. Ergo eadem Oratione nostrâ etiam erit prohibita: Atque enim prohibito, censetur prohibitum id omne, per quod ad illum pervenitur. arg. l. 16. ff. de sponsal. Surd: in d. tract. de aliment. tit. 8. privil. 56. n. 17.

PO-

## POSITIO XV.

Sed gravis adhuc est inter Juris Interpretates controversia : At sicut transactio de alimentis futuris ultimâ voluntate relictis prohibita est, etiam pactum de iisdem gratuitum ex Divi Marci Oratione vetatum sit? Quod ipsum haud levibus, primâ quidem fronte, suaderi & persuaderi videtur rationum momentis, siquidem I. non modo omnis actus, per quem alimenta intercipiuntur, & alimentarius perducitur ad egestatem, hâc Oratione est prohibitus *l.n.8. §.6.* qualis est pactum alij mentorum remissorum, sed etiam II. omne id, quod sit contra voluntatem testatoris Alimentario consulere cupientis tacitam, hâc Oratione veritum est; Atqui pactum gratuitum sit contra ipsius voluntatem tacitam, & quidem magis, quam transactio, cum ex transactio adhuc consequatur aliquid alimentarius *l.38. Cde transact. ex pacto vero nihil l. f. ae transact.* E. Cum maximè pro III. secundum vulgatam tamen Logicis, quâm JCtis communem Maximam, illi, cui id, quod minus est, non licet, non debeat id, quod magis est, licere: Minus autem est acceptâ pecuniâ transfigere, quâm pacisci nullâ acceptâ pecuniâ. Et præterea IV. De qua re dubia & litigiosa transfigere non licet, de eadem nec pacisci est licitum auctore Paulo *lib. 1. sent. tit. 1.* De alimentis autem relictis transfigere non licere sufficientissimè dictum est, E. Quibus accedit V. Quod omnis occasio circumveniendi Orationem sit prohibita *arg.l.n.8. §.20.* Pacta a gratuity concessione datur occasio circumveniendi Orationem; Ideoq; hinc consequenter illud etiam jure merito sit prohibitum. Quin imò VI. Ne pignus quidem pro alimentis obligatum ab alimentario remitti potest *l.n.8. §.15.* Multò igitur minus de alimentis ipsi pacisci poterit. Sed & pro V 14. quod alimentis sibi debitissim pacto nemo renuntiare possit, in terminis decidit Surd. *in d. tr. de alim. tit. 8. privil. 56. n. 19.* Quæ sententia pro VIII. eo minori certè dubio est obnoxia, quoniam eidem Glossa *ad pr. h. l.8. lt. b.* ad stipulatur, cuius authoritas tanta est, ut ab illâ, deficiente maximè textu juris, non sit receendum Nicol. Everha Middelb. *loc. leg. 95. ab autoritate n. II.* Vid. Conf. Marb. vol. 4. consil. 17. n. 225 & consil. 19. n. 68. Et hujus opinio, cum præprimis, quando autoritate Bartoli adjuvatur, pro communi habeatur Berlich. *in decis. aur. 260. n. 3. 4. & seqq.* At in hoc nostro ca-

E

su

*Su* Glossa non solum conspirantem habet Bartolum in *tr. de alim.* 9. n. 35. sed etiam Cujac. *ad pr. h. l. 8.* Surd. in *d. tr. c. loc.* & plurimos alios ibi. dem allegatos, quos novissime magno conatu defendit Mejer. in *Coll. Iur. Argent.* *ad tit. ff. de alim.* & *cib. leg. leg. th. 3.*

### POSITIO XVI.

*Rationes deci-  
dendi.*

Sed et si hæc sint colorata, speciemque præ se ferant, & paucos ha-  
beant contradictores, inter quos sunt Donell. *ad l. 8. C. de trans. act.* Ba-  
chov. *in expat. ad eund. ist. cap. 2. n. 7.* & *ad Trentl. v. 1. d. 6. th. 4. lit. 1.* *verb.* *Idem in pacto.* Struv. *in syntagm. Iur. Civ. exere. 6.* *ib. 58. in fin.* Vinn. *in d. tract. de transact. c. 6. n. fin.* & alii ibidem recensiti; tamen contrariarum horum sententiarum, quod nimis de alimentis ultimâ vo-  
luntate debitis licite paciscatur, longè veriore esse putamus, quando-  
quidem hæc D. Marci Oratio saltem de transactione, per quam pecu-  
nia in præsenti accipitur, ut citius consumatur, loquitur, fatente ipso  
Bartol. *ad n. 8. §. Eam transactionem n. 1.* Et proinde II. Cum sit pro-  
hibitoria, & contra communes Juris regulas, quibus liberum omnibus  
de rebus suis conceditur disponendi arbitrium *l. 21. C. Mandat.* Surd.  
*tit. 8. priv. 5. 6. n. 1. 2. & 3.* ad consequentias trahenda non est *l. 14.* &  
*seqq. ff. de legib. l. 14. ff. de R. l. ubi Dd. communiter.* Deinde pro III. &  
illud non minus exploratum est, quod quilibet in testamento sibi re-  
lictum possit repudiare vel contemnere, quod fitalimenta remittendo,  
nec enim alicui contra suam voluntatem beneficium conferri potest.  
*l. 59. & 156. §. fin. ff. de R. l. ubi Dd.* Denique & vel maximè eo potissi-  
mum argumento defenditur hæc sententia, quod IV. in pacto simplici  
cesset omnis & prohibitionis & cognitionis causa, atque ita etiam jure  
merito cesset ipsa prohibitio; Nam I. Cessat causa impulsiva: licet  
enim homines facile contenti modico præsenti transigant, quia ut ait  
*Glossa ad pr. h. l.* *Ad præsensova, craspullis sunt meliora,* attamen non  
facile donationis causâ aliquid remittere solent, cum nemo suum ja-  
care presumatur *l. 25. pr. ff. de probar.* & in pacto remissorio gratuito  
nullum appareat invitamentum, quod alimentarium ad paciscendum  
allicere posset: Si itaque remittat nihilominus alimenta, alimen-  
tariorum non dignus videtur hujus Orationis auxilio, quod tantum ob-  
lucrī illecebram deceptis paratum esse debet, non iis, qui libere  
*& ceteri.*

45 35 50

*Hab. 8*

Secundo iudicio quid gererunt, uti docet Donelli. add. l. 8. Cessat etiam  
II. Causa principalis, Tacita nim. voluntas testatoris transactionem  
prohibentis; Nam illi demum testator legem dicere potest, qui utitur  
eius liberalitate, Ita ille, qui transigit, uitetur, dum pro alimentis aliud  
quid accipit, vel retinet, regrissime igitur per Orationem cogitur eo  
modo uti beneficio, quo voluit testator; Verum ille, qui paciscitur,  
repudiatur, contemnit, vel remittit heredi illud onus praestandorum ali-  
mentorum, non vult uti testatoris liberalitate, & nihil ex testamento  
cupit, proinde etiam eidem nullam testator legem dicere potest arg. l. 9.  
*C. de fideic.* Sed & cessat III I. Causa cognitionis Praetoriz; Ideo enim  
Praetor cognoscit, ne intercipiantur alimenta, & decipiatur alimenta-  
rius l. n. 8. §. 6. Ille autem, qui ultrò remittiit, deceptus videri nequit, sed  
is, qui transigit, & manut aliiquid integrum præsens habere, quam sin-  
gulis annis particulam, facilimè decipi potest, Ideoque Praetorem co-  
gnitione suâ intervenire necesse est; Jung. Bachov. & Vinn. d. loc. Unde  
etiam aliter respondere non possumus, quam quod pactum remissorum  
Simplex ex Oratione D. Marci non sit prohibitum.

### POSITIO XVII.

Nec verò contrarium ullo modo evincunt proposita initio dubia, *Reffonsio ad*  
quorum primum continet duo membra, & limitatur membrum prius, *rationes dues*  
quod omnis actus, per quem alimenta sub præsentis lucri illecebra in-*bitandi,*  
tercipiuntur, si prohibitus, uti apparet ex §. 6. dum ait Ulpian. *Eam*  
*transactionem Oratio improbat, qua idcirco fit, ut quis representatam pe-*  
*cuniariam consumat.* Jung. Bari. add. §. Jam vero in pacto gratuito nul-  
la apparet præsentis lucri illecebra E. Nec obstat, quod illecebra illa sit  
tantum causa *εργαλαξιῶν* hujus prohibitionis, Principalis verò Ege-  
stas quæ transactionem sequitur, docente Mej. in Coll. Iur. Argent. d. loc.  
Nam de hac Mejeri doctrina dubitamus, siquidem causa principalis  
consistit in tacita testatoris voluntate transactionem prohibente, & ut  
ad membrum posterius respondeamus, si omnem actum, per quem  
quis ad egestatem perdicitur D. Marcus Oratione suâ prohibere ani-  
mum induxit: Cur non etiam de alimentis ex contractu debitis  
transactionem interdixit? quia & hanc egestatem sequi potest. Cur  
non omnium omnino bonorum præsentium & futurorum donatio-

Nem prohibuit? quæ tamen de jure licita est per l. 35. §. 4. C. de donat. l. 8.  
 C. de revoc. donat. l. 5. C. de inoff. donat. junct. l. fin. C. quæ res pign. obl.  
 poss. Hahn. ad VVesenb. tit. de donat. n. 5. Zoël. ad d. tit. n. 28. Ungep.  
 exercit. 7. q. 5. Ludw. in exercit. ad Inst. disput. 6. th. 10. lit. C. Coras.  
 miscell. lib. 6. c. 17. Hœnon. disput. 6. th. 18. Arum. in exercit. adff.  
 dis. 19. th. 16. Bachov. ad Treutl. vol. 2. disput. 19. th. 5. lit. D. Carpz.  
 in I. P. F. part. 2. const. 12. def. 26. Quamvis in foro talis donatio habeatur  
 pro invalida, attestantibus Carpzov. d. loc. Schneidew. ad §. 2. Inst.  
 de donat. n. 86. & seqq. & alii plurimi longo aamine recentissimis in Con-  
 fil. Marburg. vol. 4. consil. 42. num. 69. Deinde nihil quicquam obstat  
 dubium secundo loco motum: Nam si vel maximè detur, pactum fieri  
 contra voluntatem testatoris tacitam, illi tamen nihil præcipere vel pro-  
 hibere potest testator, qui ejus liberalitate uti non vult arg. l. 9. C. de fi-  
 deicom. Pactum enim illud remissorum fit velante agnitionem legati,  
 & nullo modo alimentarius contra voluntatem defuncti tecisque dici-  
 potest, quæ ante legati acceptationem nullum habet effectum, & pro-  
 inde ipsum nequam obligare potuit: Vel post ejus agnitionem, &  
 tunc etiam alimentarius, sicuti quisvis beneficiarius alius suum benefi-  
 cium, invito quoque illo, qui dedit, repudiate potest, cum nihil intet-  
 esse videatur, utrum quis non petat prorsus repudietve, an remittat.  
 Conf. Surd. d. ir. in tit. 9. q. 40. n. 23. Sed transactio super alimentis sine  
 nota incivilitatis vix fieri potest, nam is, qui alieno beneficio uti vult,  
 eo modo, ad quem concessum est, uti debet, quod non facit transigens,  
 dum pro praefanti modico alimento alias ex voluntate testatoris præ-  
 standa remittit. Et una cum hac responsione ruit etiam tercia dubitandi  
 ratio, quoniam Regula illa tum demum procedit, quando eadem utro-  
 bique & Majoris & Minoris est ratio, non vero, quando diversa, uti in  
 nostro casu jam fuit demonstratum. Quartum ex loco Pauli à Cujacio  
 allegatum dubium perperam est exscriptum: Ita enim habet textus: De  
 his rebus pacisci possumus, de quibus trāsigere licet. Quæ lententia  
 negativæ prolatata: De his rebus nec pacisci possumus, de quibus trāsi-  
 gere non licet, in adulterio quidem procedit l. 18. C. de transact. sed  
 non est universalis, exemplo rci judicatae, de qua trāsigere non licet  
 per l. 7. ff. de transact. recte tamen pacificimur l. 7. §. 13. ff. de pac. Ita et-  
 iam alimentorum transactionem lex impedit, pactum vero non: Nihil  
 oblit.

oblitante dubitandi ratione quinta; Licer enim omnis circumveniens orationem occasio prohibetur, tam in genere l. 29 ff. de legib. quam in specie l. n. 8 §. 20. Illud tamen, quod per pactum Oratio circumveniatur, conceditur neutquam, sed penitus & in totum negatur. Et quod V. I. alimentarius sine Prætore ne quidem fundum in alimento pignoratum liberare potest, hoc ideo fit, quia ille vult habere & persequi alimentorum legatum, ideoque nihil, quo eorum conditio deterior fiat, sine Prætore facere potest. Nec quicquam juvat pro septimo sententiam contrariam Regula ex Surdo proposita, quia illa locum habet tum, quando jure nature vel sanguinis alimento de bentur per *jura sapientiae* part. i. pos. 13. deducta. Et quamvis VIII. Glossa & Bartoli authoritatem, in praxi potissimum, magnam esse non insiciemus, non tamen est necessaria, sed probabiliter tantum, quatenus ratione vel certa demonstratione probatur. Ideoq; propter rationes magis prægnantes & ad rem magis facientes licitum est recedere ab opinione Glossæ, vel alterius Doctoris quantumcumque famati, uti ex Nicol. Everb. à Middelb. responsum fuit in Consil. Marburg. vol. 4. consil. 17. n. 225.

### POSITIO XIX.

Quod autem diximus, Transactionem alimentorum sine Prætore interdum *vacuum* regulariter esse illicitam vel prohibitam, duas inter alias potissimum ha. *let sine Prætore* ber limitationes, quarum prima est: Si transactionem ipse Testator *transactio* permitat; Nam cum D. Marci Oratio in tacita testatoris voluntate *Exceptio l.* fundamentum suum habeat, contra eam nihil disponere voluisse sen- tiendum est. Quemadmodum igitur Testator decreti interpositionem minori in alienatione bonorum immobilium; Ita & alimentario can- dem in alimentorum transactione remittere potest l. 1. §. 2 ff. de reb. cor. *qui substitut. vel cur sunt l. 1. C. quand. decret. opus non est.* Nam si testator potest alimentum relinqueret, mulce magis poterit relinquendo ordi- nare, quod super eis transfigi possit, quia non debet ei, cui plus licet, id, quod minus est, non licere l. 21. ff. de R. l. & quilibet potest rei sua conditionem apponere, quam vult l. 21. C. Mandat, uti docet Surd. in d. tr. de alim. ts. 8. privil. 56. n. 90. & seqq.

### POSITIO XIX.

*Alteralimitatio maximè notabilis proponitur in l. 8. §. 6. uttunc Exceptio se- E 3 etiam cuncta.*

etiam sine Prætore transactio alimentaria procedat, quando eandem  
alimentario aperte utilem esse constat, quia suam conditionem melio-  
rem, non verò deteriorem, sine Prætoris decreto facere potest. Vid.  
Ha' a. ad VVeserb. tit. de transact. n.s. Z. c. ad eund. tit. n.s. 18. Ubitamen  
Dd. duo conjunctim requirunt, referente Surdo d. priv. s. 6. n. 76. & 82.  
I. ut utilitas sit evidens, aliàs transactio inconsulto Prætore facta, non  
sustinetur II. Ut per eam non recedatur à forma alimentorum; Bartol.  
ad l.n. 8. §. Si prætor &c. Cujus exemplum satis perspicuum nobis pro-  
ponit Ulpian. in §. 6. dum ait: Eam transactionem Oratio improbat, que  
idcirco fit, ut quis representata pecuniam consumat. Quid ergo si quis ci-  
tra Prætoris autoritatem transegerit, ut, quod per singulos annos erat ei  
relictum, consequeretur per singulos menses? aut quid si, quod per singulos  
menses ei relictum erat, consequeretur per singulos dies? quia deinde, si  
quod consummato anno acciperet, initio anni consequatur? Et puto eam  
transactionem valere: quia meliorem conditionem suam alimentarius tali  
transactione facit; Noluit enim Oratio alimenta per transactionem in-  
tercipi. Hanc limitationem verba quidem Orationis D. Marci ex-  
pressè non habent, qua generaliter omnem sine Prætoris autoritate  
factam alimentorum transactionem improbat; Unde etiam Ulpianus  
JCTus contra Orationis verba directe aliquid ponere ausus non est. sed  
verecundiae causâ, quia JCTi humiliter loqui debent, ut ait Niccol. Neap.  
in lectur. ad tit. ff. de excus. tut. leg. I. n. 1. asurparit vocabulum PLUTO, ad  
explicandam suam sententiam, quæ licet non in verbis Orationis, in  
mente tamen ejusdem, quam etiam tam in pr. quam in fin. & b. §. allegat,  
optimè est fundata: Illa autem quæ ex sententia legi elicuntur, ex ipsa  
lege probari videntur I. 6. §. 1. ubi Dd. ff. de V. S. Sed dubium oritur cir-  
ca casum Ulpiani postremum, si quis ita transegerit, ut, quod consum-  
mato anno acciperet, initio anni consequatur: quod moveat Bachov.  
in op̄oris ad h. tit. cap. 2. n. 6. vers. Igitur si juxta ista &c. quoniam ibi-  
dem conditio alimentarii non melior, sed deterior fieri videtur, nam  
facile fieri potest, ut alimentarius egeat, si representatam initio anni  
pecuniam statim consumat, quod maximè Oratio improbat ex pr.  
b. n. §. Sed hâc in parte nihil interest, sive in eunte anno, sive eo-  
dem finito quis consequatur pecuniam annuam, nam utroque in  
casu eandem citius consumere potest; In eo verò conditionem suam  
facit

facit meliorem, quod quantitatē illam maturius consequatur, quam  
serius erat accepturus, in quo sāpe commodum versatur haud exiguum:  
Et pr. b. §. loquitur de transactione, quā in totum remittuntur heredi  
alimenta, acceptā modicā in præsens pecunia; Sed in nostro casu, licet  
fortè alimenta unius anni citius consumantur, alimenta tamen sequen-  
tiū annorum salva sunt. Præterea, si quis ita transfigat, ut pecuniam  
annua in singulos menses, vel menstruam in singulos dies accipiat,  
quoniam illis in casibus alimentarii utilitas satis evidenter apparet, nec  
a forma alimentorum nimium receditur, valet etiam sine Prætore  
transactio per §. 6.

### POSITIO XX.

Et tantum quidem de alimentorum transactione illicita pro insti- Effectus Trans-  
tuti nostri ratione dixisse sufficiat, cuius effectus subinde in l. n. 8. indi- actionis illie  
gitatur, quod nim. non valeat §. 20 non sit rata in pr. & §. 15, sed im- cito.  
probata §. 6. irrita, & nullius momenti §. 17. & §. 23. atque solutum per  
conditionem repeti possit §. 21. De quā tamen Condictione infra  
pluribus agetur: Succedit nunc transactio alimentorum licita.

## PARTIS TERTIÆ

### POSITIO I.

**L**icitā est alimentorum transactio, quando p̄cedente causa cogni- Dealimento-  
tionē legali, & interveniente decreto, suppositis tamen terminis rum trans-  
habilibus, eadem perficitur, uti notant Hahn, ad IV. v. tit. de transact. actione licita.  
n. 5. Zoël, ad und. tit. n. 18, Meier, in C.I.A. eod. tit. n. 32. & Dd. com-  
muniuit. Ubi l. inquiremus: Quibus potestas cognoscendi super ali-  
mentorum transactione, & interponendi decretum competit, & quo  
jure, II. quid in cognitionem veniat. Illi. Decretum ipsum, IV. Trans-  
actionis licitæ Effectum, & V. Ejus oppositum: Illam sc. transactionem, que cum Prætore quidem facta est, sed non ex Orationis præscri-  
pto. Quod potestatem cognoscendi & interponendi decretum atinet, illa communis est Prætori in urbe in pr. §. 8. & passim l. n. Et Praesidi in  
provincia l. n. 8. §. 18. & l. 8. C. eod. Sed interdum Transactiones alimen-  
torum etiam apud Procuratorem Casaris fieri possunt, scilicet, si à Fisco  
petant-

petantur alimenta, secundum quæ & apud Prefectos ærarii transfigi potest. §. 19. Nam illi, & quidem Procurator Cæsaris in provincia, Praefectus autem ærarii in urbe, alias etiam in causis fiscalibus fundatam jurisdictionem habent, quibus hâc in parte D. Marcus Oratione suâ nihil præjudicare voluit. Vid. Bachov. in opere ad tit. de transact. c. 2. num. 6.

### POSITIO II.

*Quo jure cognitio competat, an  
gratuito super alimentorum  
transactiones  
competat.*

Quo jure autem Prætori vel Præsidi hæc cognitione competit, an jure Magistratus? An vero ex speciali concessione? non usquequaque expeditum est: Et cum illa sine dubio voluntaria sit jurisdictionis arg. pr. ibi: solet igitur Prætor intervenire, & inter consentientes arbitrari &c. quia nemo transfigere cogitur, non magis quam pacisci vel emere & vendere arg. l. i. ff. de pæt. l. 9. ff. rer. amot. dicendum, quod inter illas causas, quas Magistratis majoribus jure Magistratus, minoribus vero ex concessione speciali competit, sit connumeranda, nam inter has causas, quas mixtas Sutholt. in tract. de jurisd. n. 163. appellat, referunt etiam actus voluntariae jurisdictionis; Sutholt. d. tract. n. 169. & Hahn. ad IVesent. tit. de offic. ej. cui mand. est jurisd. n. 2. verb. quecunq. &c. in fin. Verum inter illas causas hanc cognitionem de transactione super alimentis testamento relictis admittenda, referendam non esse statuunt, & rectissime quidem prefati Dd., quia minoribus Magistratis plane non competit, sed saltē majoribus & quidem ex speciali concessione D. Marci ad eandem deputatis, Vinn. in tract. de transact. v. 6. n. 5. Quibus nihil quicquam officit l. 3. ff. de alim. & cib. legat. in fin. ubi Consulibus conceditur potestas cognoscendi super alimentis, quia illa competit jure Magistratus, sed illa demum, quæ sit super alimentorum transactione, est specialis concessionis. Hisce igitur consequens est, hanc cognitionem nec aliis mandari posse, per §. 18. quitta se habet: Sed nec mandare ex hac causa jurisdictionem, vel Preses provincie, vel Prætor poterit. quia quæ specialiter lege, vel SCto, vel constitutionibus Principum alicui tribuantur, mandata jurisdictione non transeunt l. 1. ff. de offic. ejus cui mand. est jurisd. ubi Dd. communiter.

### POSITIO III.

*Quid in co-*

*Ceterum, ut & illud, quod secundo loco declarandum suscepimus,*

5 H. 81

mus, expediamus, quid nim. in cognitionem veniat, notandum cognitionem ve  
quod illa circa duas potissimum versetur quæstiones I. An transactio i[n]veniat?  
& II. quæ admitti debeat? Ita n. loquitur Ulpianus in pr. l. n. Cum hi, qui-  
bus alimenta relata erant, facile transigerent, contenti modo praesente:  
Divus Marcus oratione in senatu recitata effecit, ne altero alimento-  
rum transactio rata esset, quam si auctore Praetore facta: solet igitur Prae-  
tor intervenire, & inter consentientes arbitrari; An transactio, vel quæ  
admitti debeat? Prior quæstio versatur circa transactionem nondum  
perfectam: Posterior vero circa transactionem inconsulto Praetore  
factam, dum dilectus, recipienda ea sit, nec ne; Nam hoc, ne quis de  
alimentis transfigat, Praetor prohibere nequit, quia transactio est facti,  
neque soler judex suum impertiri officium, & decretum interponere,  
nisi antea legitimè sit imploratus, arg. l. 4. §. 8. ff. de damn. inf. Sed ne  
transactio inconsulto Praetore facta, ullas vires habeat, illud in protesta-  
te legis positum est; nam ad id, ut transactio valeat, utrumque arbitre-  
tur oportet, an? & quæ transactio admitti debeat? Quod si igitur can-  
dem alimentario utilem esse judicat, illam, exhibita tamen cognitione,  
confirmare potest, tanquam si nunc primùm transactio fieret. Hæc  
autem Praetoris cognitione certæ forma, quam ex asse Praetori sequi tene-  
tur, est adstricta, quam formam ex Oratione D. Marci Praetori pra-  
scripsit Ulpianus in §. 8. Vult igitur Oratio apud Praetorem de his quæris:  
imprimis de CAVS A transactio[n]is, dein de MODO, tertio de PER-  
SONA transigentium.庸. Bachov. in Præt. ad tit. de transact. c. 2. n. 6.  
§. & Prætor &c. Borcholt. in tr. de transact. cap. 3. n. 45.

#### POSITIO IV.

Quod causas atinet, illarum quasdam Ulpianus in l. n. 8. §. 9. cxv De transigen-  
templi gratiâ commemorat, dum ait: In causa hoc erit requirendum, qua di Causa  
causa sit transigendi: sine causa enim neminem transigentem audiet Prae-  
tor. Causa vero hujusmodi solent allegari: si alibi domicilium haberes, alibi  
alimentarium habeas: aut si destinat domicilium transferre alter corum: Aut  
sic causa aliquis surgeat presentis pecunia: Aut si à pluribus ei alimenta re-  
licta sint, & minutatum singulos convenire difficile ei sit, aut si qua alia  
causa fuit, ut plures solent incidere, qua prætori suadeant transactionem  
admittere. Prima causa hæc est: Si alibi hæres: vel alias, qui ad alimenta

Causa Prima,  
exfol-

F

ex solvenda tenetur, alibi alimentarius suum habeat domicilium: Quæ transigendi causa vel idem justissima videri potest, quoniam regulariter heres in alio loco, quam in quo domicilium habet, vel in quo major pars hereditatis sita est, alimenta prestare non tenetur l. 50. § 2. ff. de judic. Conf. Glossa & Bartol. ad s. 9. b. & in tract. de alim. 9. n. 24. Surd. tit. 4. quast. 16. n. 1. & seqq. Secundum regulam à Surdo d. loc. propositam, quod, ubi creditor & debitor sunt diversi domiciliis, debitor non tenetur debitum portare ad domum creditoris, sed sufficiat, si paratus sit solvere in suo domicilio, quando in obligatione locus non est expressus; Quod siigit heres & alimentarius sunt diversi fori, hic in alio, quam heredis foro alimenta petere nequit, nisi actionem arbitriariam de eo quod certo loco instituere velit t. r. ff. de eo quod cert. loc. alias in currit pecuniam pluris petitionis dictatam in §. 33. In istis de action. ubi Dd. communiter. Verum hæc regula suas etiam habet limitationes, & tunc maximè fallit quando de voluntate testatoris alii expressè vel tacitè constat, quia voluntas defuncti ante omnia venit attendenda arg. l. 19. ff. de condit. & demonstr. Ita si alimentorum nomine aliquid relinquatur, quod certo in loco saltem præstari potest, illud in eodem loco ex tacita testatoris voluntate solvendum est. Exemplum habemus in Tesseris vinariis Coloniensibus die Rahlsteins Beichen vulgo dicitur, quarum unâ exhibita in Curia, quis accipit duas amphoras vini generosioris; Si itaque testator aliquis heredem suum Marpurgensem forte oneraret, ita ut singulis annis civi Coloniensi tessera alimentorum nomine solveret, illa cùm Marpurgi præstari inequeant, Coloniae Agrippinæ sunt ex solvenda. arg. l. 52. §. 1. ff. de juvin. Iung Borcholt. in tract. de transact. cap. 13. n. 45. ubi etiam docet, quod gravatus alimenta præstare non alibi cogatur dare, quam in domo propriâ, ita ut alimentarius habitare cum eo necesse habeat, si alimenta consequi velit, eumque in finem allegat Bartol. in l. Cajo §. Imperator &c. ff. de alim. & cib. leg. Ejusque consilia, lib. 1. consil. 21. n. 5. & alios. Verum de hac doctrina dubitamus, & verior nobis videtur eorum sententia, qui statuunt, quod alimentarius possit alimenta petere extra domum debitoris, nec cogatur cum illo habitare per l. 4. in fin. ff. de alim. & cib. leg. ubi & Bartolus consentit, neque in locis alleg. contrarium statuit, quia loquitur ibidem de casu speciali, quo alimenta fuerunt expressè relieta in domo; Ideoque manet adhuc regula firma, quod

55 43 80

5 H. 8

quod si simpliciter alimenta sine ulla loci præfinitione facta relinquantur, eadem etiam extra domum peti possint: Reliquos ab eodem allegatos Authores non inspeximus: interim tamen illos cum Dn. Borcholten consentire vix credimus; quoniam pro contraria sententia iidem Dd. Baldus sc. Alexander, & Jason, adducuntur à Surdo in d. tr. tit. 4 quest. 14 nro. 18.

### POSITIO V.

Secunda transigendi justa causa est: Si alter eorum, sive heres, sive alimentarius distincte domicilium ransferre, de qua translatione Praetor cognoscere debet. Sedanne igitur non licet sine magistratus auctoritate vel heredi vel alimentario domicilium mutare, & alibi civitatem acquirere? Imò licet, invito etiam Domino arg. l. 5. §. 3. ff. de captivo. & postl. revers. ibi: si malit eos sequi, quam in nostra civitate manere, l. 31. ff. ad municipi. quoniam receptionis in civem est beneficium, quod nemo invitus accipit, vel retinet, l. 69. ff. de R. 7. & l. 19. §. 2. ff. de donat. modò non fiat mutatio illa in fraudem superioris; arg. tit. 16. De Pfalburgeris in A. B. Vid Gail. lib. 2. obs. 36. n. 4. Daniel Otto in dissert. de jure publ. cap. 19. p. m. 454. Rümel. ad A. B. part. 2. dissert. 5. th. 5. Unde videre licet, Praetoris cognitionem non ideo desiderari, ut emigratio illa, vel domicili mutatio sit licita, sed ideo, ut cognoscatur, an haec sit causa transigendi vera, an verò dolosè captata & affectata ad ciblandiendam à Praetore transactionem, ne Oratio circumveniatur arg. l. n. 8. §. 20. Si itaque de proposito vero alimentarii vel heredis Praetori confitetur, justissime, ob rationis paritatem cum causa prima, alimentorum transactionem permittere potest. §. 9.

### POSITIO VI.

Tertia super alimentis transigendi causa justa est: Necessitas aliqua urgens, que præsentem pecuniam exposcat, e. g. Si forte pater vel filius alimentarii ab hostibus sit redimendus, vel filia veniat dotanda, quæ si ne dote maritum invenire nequit. Hisce in casibus transactio permititur ideo, quoniam parentes liberorum, & vicissim liberos parentum necessitatibus succurrere justum est. l. 1. C. de alend. lib. Nulla autem necessitas major esse potest, quam si parentes vel liberi ex hostium

manibus, à quibus in servitute miserè, cruciantur, sint redimendi. Nec minus urgeré potest patrem Necessitas dorandi filiam ad transactio- nem ineundam, quoniam, propter dotis defectum, conditionem filia- bus maximè nubilibus oblatam differre valde puculorum, ideo, quod pu- ellam, quæ jam matura viro est, & plenis nubilis annis, custodire ab a- matorum technis longè difficilimum sit; Unde & Plautus ait:

*Et non nimis potest pudicitiam quisq; nam sua servare filia.*  
referente Schönbor. lib. 1. polit. cor. cap. 7. Hætaque cause, cùm dilata-  
tionem non patientur justè Prætorem ad transactionem alimentoru m  
permittendam movere possunt ac debent arg. §. 9. Vid. Borcholt. in  
d. t. 2. cap. 3. n. 48

## POSITIO VII

*Quarta Causa*  
*ſa.*

Quarta & ultima in §. 9. proposita causa transigendi super alimen-  
tis justa est: Si à pluribus alimenta sint relicta. Tunc enim transactio  
ideò admissa est, quoniam particulatum alimenta accipere, incommo-  
dum est haud exiguum; Ethinc constitutum, quod solutionem particu-  
larem, propter incommoda bene multa, quæ habet, l. 3. ff. fam. erciso.  
creditor invitus à debitore accipere non tenetur l. 41 ff. de alim. l. 9. C. de-  
solut. & liber. Ludvvel. ad pr. Inst. quibus. mod. tot. oblig. Schneidvv.  
ad §. 1. Inst. eod. ist. Hartm. Hartm. lib. 2. pract. obser. tit. 28. obs. I. n.  
2. Carpzov. in l. P. E. part. 2. const. 28. def. 13. n. 1. & seqq. exceptus tamen  
certis casibus, de quibus agit Hahn ad VVesemb. tit. de Verb. obl. n. 6. in  
fin. Pacius cent. 3. quest. 70. quamvis alii, minus tamen recte, dissentiant,  
quos refutat Gœdd. adl. 32. ff. de V. S. n. 9. & seqq. Præterea etiam hoc in  
casu Judex seu magistratus implorari potest, ut ille ex pluribus debito-  
ribus unum constituat, qui solus alimenta praestare tenetur, cui cateri  
pro suâ portione contribuant l. 3. §. solent &c. ff. de alim. & cibar. leg.  
quod ipsum etiam in Camera Imperiali practicari docet Myasing. cent.  
1. obs. 63. Imò interdum Judex alimentorum praestationem per tem-  
pora dividere solet, ita ut unus certo tempore, alter verò alio tempore:  
alimenta praestet, docente Surdind. tract. de alim. tit. 4. q. 9. n. 22.

## POSITIO VIII

*Allia Causa*  
*transigendi*

Præter has causas modò enumeratas alias ad hoc admitti posse in-  
dicat satis clausula illa adjecta: *Aut si qua alia causa fuit &c. quas tamen*  
*omnes*

45 50

omnes in arbitrio Prætoris positas esse probat §. 9. in fin. Quin imò in *justa Mutatio*  
hac cùdem lege diversa à prædictis allegatur causa ab Ulpiano in §. 24.  
*MUTATIO* nim. Si vel res, vel dies, vel modus, vel locus, vel per-  
sona mutetur: Hec enim omnia habent disceptationem Prætoris, &  
pro utilitate alimentarii recipienda sunt, uti ait textus: *Si cui non num-  
mus ad alimenta, sed frumentum atq; oleum, & cetera qua ad utilium  
necessaria sunt, fuerint relictione poterit de his transfigere: sive annua si-  
ve menshra ei relinquantur.* Si tamen ita sine Prætore transfigerit, ut  
in vicem eorum nummum quotannis, vel quois mensibus acciperet, & ne-  
que diem nego modum permutavit, sed tantum genus: vel ex contrario, si  
pactus fuerit, ut in generibus alimenta acciperet, que in nummis ei reli-  
ta fuisse: vel si vinum pro olio, vel oileum pro vino, vel quid aliud com-  
mutavit, vel locum permutavit, ut quæ erant ei Roma alimenta relata, in  
municipio, vel in provincia acciperet, vel contra: *Vel personam commutau-  
vit, ut quod à pluribus erat accepturus, ab uno aciperet, Vel aliud  
pro alio debitorum accepit:* Hec omnia habent disceptationem Præ-  
toris & pro utilitate alimentarii recipienda sunt. Hujus §. explicatio va-  
riè torcit Dd. ingenia: Bachovius in *προτ.* d.c. 2. n. 6. in fine secutus  
Accursium & Bartolum ad §. n. 24. casus in §. n. expposito medios ap-  
pellat, quoniam in iis, ut ait, *JC*tus non determinat, an omnino sicut in  
casibus supra enumeratis, requiratur Prætoris authoritas: Ita ut trans-  
actio fieri quidem possit sine Prætore, & tamen à Prætore pendeat, jan-  
cata, an irrita sit habenda, de quo nim. ex circumstantiis statuit. Surdus  
autem in d. tr. de alim. tit. 8. priv. 56. n. 95. hoc advertendum dicit, quod  
ille text. ad validitatem transactionis non requirat, quod sit utilis, sed  
sufficiat, quod non sit damno: quia alias superflua estet decisio, si §. ille  
de utilitate loqueretur, cum jam in §. 6. generaliter statutum sit valere  
illam transactionem, quæ sit utilis alimentario. Et hanc communem es-  
se Doctorum explicationem, solo Baldō ab illis divortium faciente, at-  
testatur Surdus d. loc. Verum nos, verba ipsius §. penitus intuentes,  
nihil in eodem novi ab Ulpiano propositum esse, simpliciter credimus,  
quoniam generaliter dicitur, quod, si cui non nummus, sed frumen-  
tum, vel simile quid relictum sit, sine Prætore non licet transfigere: Sed  
si tamen sine prætore transactum sit, ita, ut alimentarius in vicem fru-  
menti tot nummos quotannis acciperet, tunc autem perduo constat, alimen-  
tarium

terii conditionem factam esse meliorem, & valebit circa Prætoris authoritatem transactio, cum per eam à forma alimentorum non recedatur secundum part. 2. post. 19. *Suprà*; Aut certò non constat, & tunc præcisè requisitur Prætoris authoritas, ad id, ut valeat transactio; Quoniam tamen mutatio talis causa transigendi justa esse potest, de eadem Prætor disceptat, an propter illam transactio sit omnino recipienda, §. 24. *in fin.* non dicit, confirmanda, nec ne, & si utilis deprehendatur alimentario transactio, recipietur, sin minus, reiectetur. Quæ ex plicatio est Cujacii JCTi accuratisimi *adl. n. 8. in fin.*

### POSITIO IX.

*De mutatione rerum.* Primus casus, quem post definitionem generalem exponit Ulpianus, in §. n. 24. est de mutatione rerum: Si frumento, vino, oleo, & cæteris ad viatum necessariis relictis, conveniat, ut in vicem corum, numerus seu pecunia in strictissimâ significatione, numerata sc. solvatur: Vel ex contrario: Si pecunia numerata relicta conveniat, ut in vicem illius genera præstentur, vel alias vinum pro oleo, vel oleum pro vino commutetur, talis transactio à Prætore pro utilitate alimentarii meritò permittitur, quoniam hujusmodi commutatio sepe alimentario multum professe potest. Secundus casus est de mutatione loci: Si quis ita transigat, ut quæ erant ei Romæ alimenta relicta, in municipio vel in provincia acciperet, vel contra: Nam cum frumentum, vinum, oleum, & cætera ad alimenta necessaria pro regionum varietate sint diversa, eorumque pretia pro locorum diversitate varient, ut uno in loco carius, quam in alio vendantur §. 33. *Inst. de action. l. 3. ff. de eo quod cert. loc.* Schneidvv. add. §. 33. v. plus autem &c. n. 4. Bartol. *adl. 63 in pr. ff. ad L. Falcid.* Et hinc uno in loco vilius, in alio carius vivatur, ideo mutatio loci justè Prætorem movere potest ad transactionem permittendam. Sed interdum etiam personarum mutatio causa transigendi justa est, e.g. Si quis id, quod à pluribus erat accepturus, ab uno accipiat, de qua mutationis specie suprà jam dictum fuit *ad part. 3. pos. 7.* Vel si alius pro alio debitor accipiat, ut Sejus pro Mævio, vel extraneus pro herede aut legatario. Et hic prudenti disceptatore maximè opus est & bono, quia in hanc mutationem facilime fraus incidere potest, dum nim. Alimentarius pro idoneo, minus idoneum, qui solvendo non est, sibi delegari

*De personarum mutatione.*

Hb. 31

legari patitur, vel pro quietâ ac verecunda atque etiam idoneâ domo, ut loquitur l. 10. ff. de alim. & cibar. legat. aliam temerè eligit, de quibus omnibus jure Prætor cognoscere potest & debet, ne alimentario aliamenta intervertantur. Quando autem de personarum mutatione agitur in Causis Transactionis, aliter considerantur, quam infra in Cognitione personarum, ubi in mores, vitam, & opinionem seu famam tam heredis, quam alimentarii inquiritur; Et hinc etiam causarum inquisitionem à personarum contemplatione distinxit Iustus in §. 9. & 11.

### POSITIO X.

Restat tandem adhuc Modi mutatio, qua quandoque Prætori trans- De mutatione  
Modi.  
actionem suadere potest arg. §. n. 24. ibi. Et neque diem, neque modum permittavit &c. Nam de dicti mutatione plura adspicere non lubet, quoniam de illa jam actum fuit suprà in part. 2. pos. 19. & alias etiam facile apparet, an per illam conditio alimentarii reddatur melior, nec ne. Sed in modi sive quantitatis mutatione transactione tam facilè non procedit, quia ibidem vel maximè alimentarius, præfertim ingenii simplicioris decipi potest, cum modus ex rebus omnium in certissimis, & mutationi valde obnoxii i. e. ex valetudine, ætate ac vita alimentarii estimandus sit, seu ex pos. seqq. apparet; Ideoque propter modi seu quantitatis immutacionem, qua periculo non vacat, transactione sine Prætore admitti non debet, nisi apertissimè constet, conditionem alimentarii factam esse meliorem! n. 8. §. 6.

### POSITIO XI.

Postquam igitur Prætor causam transfigendi legitimam & justam subesse cognovit, in Transactionis modum etiam inquirere debet, quia ex quantitate seu modo transactionis fides estimatur h. c. an bona fide, an secus transactione inita sit, utilloquitur Ulpianus in §. 10. Modus quoque pecunie, que in transactionem venit, estimandus est: imputa, quantitas transactionis; Nam etiam ex modo fides transactionis estimabitur. Modus autem pro etate eius, qui transfigit, arbitrandus est, & valetudine: Nam alias cum puer, alias cum juvne, alias cum sene transfigi palam est: constat ualens cum vita finiri. Et quamvis regulariter, quavis transactione, etiam ubi quis modico contentus, de re maximi pretii transfigit, valeat, arg. l. 78. §. fin. ff. ad SCium Trebell. tamen in alimentorum transactione

De Modo,

actionis secus est, quæ à Prætore non admittitur, nisi justa & proportionata quantitas pro alimentis detur vel promittatur. Illa autem quantitas estimatur ex aetate & valetudine ipsius alimentarii: Nam alias cum puer, alias cum juvēne, & alias cum sene transigendum est. Et licet interdum turbato quasi mortalitatis ordine, l. 15 ff. de inoffic. testam pueri vel juvenes senibus citius moriantur, attamen hoc sit ex accidenti, & verisimile est pueros & juvenes diutius viaturos senibus: Ideoque in alimentorum transactione jure merito ejus rei ratio habebitur, & major summa pro alimentis juveni, minor seni adsignanda est; Vid Borcholt in d. tract. de transact. c. 3. n. 50. Ita etiam alias cum debili & valetudinario, alias cum homine sano, quæ adhuc diu viatetur speramus, transigidebet, quoniam alimenta cum vita finiuntur §. n. 10. Sanè & personarum conditio in quantitatis estimatione recte consideratur, quia diversi modè secundum personarum diversitatem & dignitatem alimenta præstata sunt; l. 16 ff. de alim. & cibar. legat. l. 14 ff. de an. leg. & fideicom. Quemadmodum enim laitoria & ampliora debentur alimenta nobili, quam rusticu Hahn. ad VVes. tit. ff. de alim. & cibar. legat. n. 3. verb. categoris ejusdem ordinis &c. Wefenb. consil. 50. n. 21. Pückm. vol. 1. consil. 22. n. 43. Surd. ind. tr. sit. 4 q. 18. n. 8. & seqq. Ita etiam major quantitas pro nobili de alimentis transigenti, minor pro plebejo sive ignobilis exigenda est. Sed dictum, quod ex quantitate transactionis fidem estimetur, utrum bona, an mala fide sit, cum tamen rescriptum sit in l. 10. C. de rescind. vend. quod dolus ex qualitate facti, non ex quantitate pretii estimetur. Verum & quod dolus sit aliis in re, aliis in persona l. 36. §. 1. ff. de V. O. Ad dolum in persona referenda est d. l. 10. Sed §. noster nihil de taliter transigentium dolo dicit, sed de fide & fraude, quæ in re ineft, & in alimentorum transactionem incidit: Itaque non modo Prætor de dolo, qui exproposito transigentium pender, sed etiam de fraude quæ in ipsa re ineft, & cum bona fide transigentum conjuncta esse potest, an nim. talis aliqua subsit, cognoscere debet per §. n. 10.

## POSITIO XII.

De Personis

Tandem denique & personarum Prætori habenda est ratio, tum illeius, cui alimenta sunt relicta, tum ejus, à qua sunt relicta, vel quæ eadem ex voluntate testatoris præstare necesse habet: Ita enim ait JCtus: Sed & per

55

ff. 51

49 50

Et personarum contemplatio habenda est: hoc est, cuius vita finit, qui  
bius alimentare relata sunt: Virum frugi vita hi sint, qui alias sufficere sibi  
possint; an sequioris, qui de alimentis pendeant. In persona ejus, à quo ali-  
menta relata sunt, hac erunt spectanda: in quibus facultatibus, cuius pro-  
positi, cuius opinionis: tunc enim apparebit, nunquid circumvenire velit  
eum, cum quo transfigit. In hoc §. nihil notabile aut difficile, quod ex-  
planatione indiget, occurrit, nisi quod alii pro lequieris legant deterioris,  
alii nequieris, ali obsequioris, uti notat Dionys. Gothofr. in not. ad  
l.n.s. lit. X. Treutl. vol. I. diff. 7. th. 4. lit. g. quod tamen ad summam rei  
parum interest, cum de mente Ulpiani satis constet. Si itaque alimenta-  
rius sit homo frugi, laboriosus & industrius, qui alias sufficere sibi  
possit, facilis Pratoris transactionem permittet, quam si sit vita sequio-  
ris, qui alios semper sequi solet, ut vicuum habeat, seu alludit Glosa  
adh. §. aut alias homo legnis & ignavias, qui de alimentis pendeat: Nam  
mores alimentarii maximè considerat Prator, non fortunam & condi-  
tionem, Unde etiam nihil interest, utrum transfigens libertinus sit, an  
ingenitus, satis locuples, an minus, l.n. 8. §. 7. quia & hic, & ille, potest esse  
deterioris vite, & de alimentis laborare, nam sepius contingit, ut:

Irus si jubito, qui modo Cræsus erat.

### POSITIO XIII.

Atque ita cognitione, quâ Prator utilem alimentario, ideoque re-  
cipiendam transactionem judicavit, legitimè & solenniter factâ, De. Pratoris fe-  
ciretum, quod tertio loco declarandum venit, subsequi debet, quod quitur  
ipsum nihil est aliud, quam prouintiatio Judicis seu Magistratus com-  
petentis, quâ transactionem fieri permituit, eum in finem, ut inter trans-  
igentes rata & firma sit. Quanam autem in interponendo decreto re-  
quirantur solennitates, patet ex iuris ff. dreb. cor. qui sub iuri, vel curi sunt,  
fine decr. non alien. Ita quemadmodum in rebus minorum alienandis  
decretem non interponitur, nisi spud acta cause fuerint probatae, quæ  
venditionis necessitatibus inferant l.i. §. 2. l. 5. §. 9. ff. dreb. cor. qui sub  
sub iuri, &c. l. 6. C. de pred. & al. reb. min. fin. decr. non alien. Sic etiam  
in nostro casu non est interponendum decretem, nisi prægnantes ad-  
sint, & legitimæ cause, quæ Pratorem ad transactionem admittendam  
urgeant l.n. 8. §. 9. & seqq. Hinc etiam est, quod non ex plano, sed pro  
tribu-

G

tribu-

tribunali Prætor transactionem probare , & decretum interponere debet arg. l.3. §.8. ff. de bon. possess. quæcumque enim causæ cognitionem desiderant, per libellum expediri non possunt l.71. junct. l.105. ff. de R.I. & l.9. §.1. ff. de offic. Procons. Et si de plano Prætor transactionem permiserit, non eò magis rata erit transactio d.l.6. C.de prad. & al reb. min. &c. Vid. Vinn. in traſl. de transact. c.6. n. 4. Unde & J.Citus Orationis hujus interpretationem in libro V de omnibus Tribunalibus posuit, ceu ex inscriptione l.n. apparet. Libros autem pro tribunali decem scripsit Ulpiaaus, in quibus tractavit de causis, quæ nec mandantur, nec delegantur, sed à Prætoribus ipsiſis Præsidibusve pro tribunali expedituntur, teste Cujacio in lib. 7. obſerv. cap. 23.

#### PO S I T I O X I V .

*An die feriato  
transactio fu-  
per alimentis  
fieri possit?*

Antequam autem ad Effeſtum Transactionis licite progressum faciamus, una adhuc incidit quæſtio primum diſcutienda: An nū. et iam diebus feriatis transactiones super alimentis celebrari possint? Et regulariter quidem transactiones tempore feriarum fieri posse, sive illæ feriæ ſint divinæ, i.e. divino cultui dedicatæ, sive humanae, qua hominum cauſa ob memoriam vel utilitatem conſtituantur, probat l.fin. §.1. C.de fer. Gail. lib.1. obſerv. 53. n.10. Unde & partem feriarum posteriorem in lites componendas consumptam olim tuſſe putat Oldendorp. do action. pag. 309. citatus ab Hahn, ad VVef. tit. defer. n.5. verb. nam qua ſunt voluntaria &c. Huic igitur conſequens eſt, & hanc transactionem die feriato fieri posse, maximè cum potest cognoscendi ſuper transactione alimentaria, ut ſuprā fuit demonſtratum, ſit atque voluntaria jurisdictionis, quales in feriis re&ē expediri docet VVef. in paratul. ad tit. defer. n. 5. & Hahn. d. loc. Et præterea in cauſa alimentorum etiam tempore feriarum licite procedatur ex l.2. ff. defer. Decius ad l.8. C.de transact. n. 10. Verūn quāvis regulariter transactiones diebus feriatis celebriari poſſint: Rectius tamen diſtingui putamus in hac alimentorum transactione inter ferias divinas, & humanae. Feriæ divinæ iterum ſunt, vel verē divinæ, quæ Majestati altissimæ dedicatæ ſunt, d.l.ult. C.de fer. vel quaſi divinæ, memoria ſc. Apostolorum dicte l.7. C.ad iii. In feriis divinis, cūm judeſ pro tribunali ſedere non ſoleat, neque transactione alimentorum procedere poterit; In feriis vero quaſi

409 51 90

quasi divinis transactio hodie celebrari potestis in locis, in quibus jūdex eodem tempore pro tribunali sedere solet, in aliis locis, non potest. Quando autem feria sunt humanæ, alimentorum transactio rectè initur, modò illis diebus iudex aedatur, quibus pro tribunali sedet, quia illis feriis privati etiam in aëribus contentiose jurisdictionis renuntiare possunt l.1. §.1 ff. de fer. Confer. Hahn. ad eund. tit. n.8. Neque obstat l.2. ff. eod. quo loquitur de alimentorum constitutione, ubi periculum sèpè est in mora, sed transactio sit cum in finem, ut ab obligatione alimentorum recedatur.

### POSITIO XV.

Et hæc quidem de Transactione alimentorum licta; Succedit *De transactiō-*  
nunc ejusdem ritè & legitimè initia Effectus, qui non semper unus est & nis *alimento-*  
*idem*, sed pro modis transigendi diversus, utrrectissimè docet Bachov. *rum licta*  
*in expōne adit. de transact. cap. ult. n. 2.* De quo plurima hoc in loco  
*Effectu.*  
proponi quidem possent, sed cum ille coincidat cum Effectu omnium  
transactionum communi, de quo tractant *Dd. ad tit. de transact. con-*  
*miniter, brevitatis studio, ne consuetam excedat magnitudinem no-*  
*nstra disputatio, remittimus Lectorem benevolum ad Bachov. d. loc.*  
Hahn. *ad VVſ. tit. de transact. n. 7.* Meier. *in C.I.e.A. cod. tit. 34. & O-*  
*sterian. in C.I.Colinens. v.1. disp. 7. th. 85. usq. adth. 105.* Alias ad Ef-  
fectum quoque hujus transactionis referri potest, quod facit de ali-  
mentis transactione transigens de habitatione vel vestiarie transegisse  
non videatur, sed de cibariorum tantum per § 12. ubi inquit Ulpianus: *Qui*  
*transigit de alimentis, non videbitur neq. de habitatione, neg. de vestiarie*  
*transigisse: cum Divus Marcus specialiter etiam de istis transigi volue-*  
*rit. Sed quæritur: Cur in alimentorum legato alimento tam largè, in*  
*transactione verò aedò strictè interpretetur? R. ex 4.12. ff. de R. I.*  
quod in testamentis plenius & liberalius voluntates testantium inter-  
pretentur *l.12. §.2. ff. de us. & habitat, propter favorem ultimarum vo-*  
*luntatum l.1. C. de SS. Eccles.* In transactionibus autem quibuscumque  
strictè sit facienda interpretatio, cum nihil in casu veniat, quod non ver-  
bis sit expressum, *l.9. ff. de transact.* Unde ait Innocentius Pontifex *in*  
*cap. 6. X. de donat. quod in contractibus plena, in testamentis plenior, in*  
*beneficiis verò plenissima interpretatio sit habenda;* Et præterea ali-

mentorum causa tum maximè est favorabilis, quando de iisdem consti-  
tuendis, non autem quando de illis remittendis agitur, tunc n. alimento-  
rum vocabulum restrictissimè sumitur, eoque præter cibaria nihil quic-  
quam continetur. Vid. Glosa ad b. §. lit. p. Bartol. ibid. & tract. de  
aliment. 9. n. 2. Decius ad l. 8. C. de transact. n. 2. Pacius cent. 2. q. 15.  
Vinn. in d. tract. de transit. c. 6. n. 8. Ludvy. ad l. 12. ff. de R. f. n. 10. & 11.  
Nam voluit D. Marcus de rebus ad victum pertinentibus aliis etiam spe-  
cialiter transfigi d. §. 12. & id quidem interveniente semper Prætoris au-  
thoritate, quoniam Arbitratus Prætoris vel de universis alimentis, vel de  
parte eorum transfigi oportere, plus quam manifestum est. In. 8. §. 16. Cum  
enim in toto pars continueatur, l. 113. ff. de R. I. merito etiam, quod in  
toto obtinet, in parte obtainere debet arg. l. 76. ff. de Rei vindic. Sed et si  
quis de alimentis transfigerit, non habebit necesse euam de habitatione vel  
cateris in vitiis transfigere: poterit igitur vel de omnibus simul, vel de qui-  
busdam facere transactionem, per §. 13. quia qualibet rei lux est mode-  
rator & arbiter l. 21. C. Mandat. Cui non obstat, quod legatum pro  
parte acceptari, & pro parte repudiari nequeat l. 4. ff. de legat. 2. Nam  
qui de parte alimentorum transfigit, non repudiat eam, sed aliquid pro  
ea accipit. Vid. Vinn. d. l.

## POSITIO XVI.

*An beneficium  
l. 2 C. de R. V.  
in hac trans-  
actione locum  
habeat?*

Ceterum illud etiam ad Effectum Transactionis referre solent  
Dd. communiter, quod nequidem sub prætextu lesionis enormissimæ  
rescindi possit. Unde queritur: An etiam remedium l. 2. C. de Refund.  
vend. in hac alimentorum transactione locum habeat? Et cum regu-  
lariter ex veteri saniorum Dd. sententia beneficium illud in transactioni-  
bus non obtineat, huic regale tam diu standum est, donec exceptio  
hoc in casu liquido probetur, licet Bartol. add. l. 2. C. de ref. vend. n. 7.  
Wesemb. consil. 31. n. 13. Arius Pinell. citatus ab Hahn. adit. de trans-  
act. n. fin. Richter. decis. 99. n. 54. Carpzov. in I.P.F. part. 2. consil. 34.  
def. 1. Myns. cent. 1. observ. 33. & alii dissentiant, statuentes, quod re-  
medium d. l. 2. etiam in transactionibus locum habeat, quam senten-  
tiam Wesemb. in parat. adit. ff. de transact. n. fin. & Zoël. eodit. n. 47.  
& æquorem & humaniorem dicunt, quo supposito, merito eadem de-  
fendenda foret, cum in re dubia benignorem interpretationem sequi,  
non

55 55 55

non minus justius sit, quam tuus l. 19. 2. ff. de R. I. Sed contrarium docuerunt Dovell. add. l. 2. C. de Rese. vend. n. 22. Gail. 2. observ. 70. n. 6. Pruckm. vol. 1. cons. 50. n. 200. & plurimi alii longo agmine ibidem, & in Cons. Marburg. vol. 4. cons. 32. n. 259. recensuit, quos hactenus etiam sequuntur Bachov. & Hahn. ad VVes. tit. de transact. n. fin. pro quibus pugnat I. textus expressus & capitalis in l. 78. §. fin. ff. ad SCium Trebell. ubi nec ob lassionem ad quadruplum transactionem rescidendam esse dicitur; II. Quod causa transactionibus legitimis definita ne quidem Imperatoris rescripto speciali resuscitari debeant l. 16. C. de transact. Multo igitur minus rescriptum d.l. 2. tanquam generale hoc ipsum operabitur. Cum maximè III. Constitutio illa Diocletiani loquatur saltem de venditione atque idè ad alios contractus, nisi similes, porrigit non possit, cum sit veteris juris emendatrix, quo naturaliter licet in pretio emptionis venditionis contrahentibus se circumvenire l. 16. §. 4. ff. de minor. Minimè igitur gentium ad transactionem, qua ab emptione venditione toto celo differt, eadè extendi potest, cum præsertim nullus sit litium finis futurus, nisi transactionibus bona fide interpolitis sua constet fides l. 10. C. de transact. Quin imò IV. haud obscurè hanc sententiam probat l. n. 8. in pr. ubi D. Marcus alimentarius, qui modico contenti transfigere solebant, succurrit: Unde colligitur transactionem sine Prætore ante D. Marci Orationem, quamvis modicum quiddam alimentarius accepisset, atque ita immodecum læsus esset, valuisse. Et possent quidem adhuc V. ad eum uberiori munientiam fidem negativa hujus responsoris, vel ex abundantia, compluria adhuc alia gravissimarum à re judicata, & impossibilitate probationis lassionis, petita rationum pondera adjici; Sed cum illa à Gail. & Hahn. d. loc. qui & contrarium sententium doctrinam refutat, jam dudum proposita sint, hæc in quæstione diutius nos detinere non lubet.

### POSITIO XVII.

Illud tamen adhuc, priusquam hinc abeamus, disquisitionem me retur: Annon minor contra transactionem alimentorum Prætoris *An minor contra transactionem cum Prætore factam restituere possit?*

G 3

actio-



actionem ext. t. C. Si advers. transatt. Vid. Schotan, *in exam. jurid. lib. sub tit. de Minor.* Zöfl. eod. tit. n. 7. sed etiam Prætoris decretum restituatur l. si quidem &c. 11. C. de pred. & al. reb. min. fin. decr. non alien. Jung. Bronnem. *in Comment. ad Cod. d. loc.* Perez. eod. tit. n. 9. Struv. *in syntagm. Iur. Crv. exerc.* 8. lib. 46. Fachin. lib. 2. *controvers. cap. 20.* modò lubrico ætatis laſſus fuerit, atque laſſio decenter probari queat l. 5. C. de integr. restit. minor. Vid. Hahn. *ad Welenb. t. de min. n. 6.* Zöfl. *ad eund. tit. n. 3.* idèò etiam hoc in casu restitutionem ipsi denegandam non putamus.

## POSITIO XVIII.

*De transactione  
nei iusta.*

Transactioni licet & justæ, de qua haec tenus actum fuit, opponitur transactione iusta, cuius Effectus coincidit cum transactione alimenterorum illicita, qua secundam Disputationis nostræ partem occupavit. Est autem & dicitur Transactione alimenterorum illa iusta, quæ cum Prætore facta quidem est, sed non ex Orationis præscripto. De qua agitur in §. 17. Si Prætor aditus circa causæ cognitionem transfigeretur, transactioni nullius erit momenti: Prætor enim ea res quarenda commissa est, non negligenda nec donanda: Sed & si non de omnibus inquietur, qua Oratio mandat, b. e. de causa, de modo, de personis transfigentium: dicendum est, quamvis de quibuidam queasierit, transactionem esse irritam. Notum enim est vulgatum illud Doctorum paradoxon, quod à forma in unoquoque negotio à lege præscripta ne latum quidem unguem sit precedentum, ejusque omisso in qualibet ejus parte minima totum actum vitiet, ita ut pro nullo habeatur, ceu ex h. n. 5. colligit Vul- tej. *in Consil. Marburg. vol. 3. conf. 34. n. 36.* eamque ad rem multa ab eodem accumulantur *in d. vol. conf. 29. n. 137. & seqq.* Vid. Bartol. *adb. §.* Jam autem hæc transactione alimentaria, & quæ circa eam versatur, Prætoris cognitione formam habet solennem à lege præfinitam, ut inde ratio ne formæ juris publici dici possit, quod privatorum conventione non mutandum l. 38. ff. *de pact. l. 45. ff. de R. I. ubi Dd. communier.* Ergo ad eandem ex aſſeſſandam Prætor vigore hujus Orationis est adstrictus: Et hinc consequenter, si ratione sibi cōpetentis potestatis circa ullam cognitionem, vel circa cognitionem debitam, transfigi permittat, irrita erit transactione, & nulla vel nullius momenti §. n. 17. Ubi notandum, quod **J**Ctus h̄c utatur vocabulo Permissionis, cīque subjungat vocabulum **Com-**

5 H. 8

Commissionis: Permissio ad potestatem concessam, Commissio vero  
ad fidem Praetoris specialiter electam, ita ut ne quidem cognitionem  
illam mandare possit, pertinet, uti animadvertimus ex Ciceronis Ora-  
tione pro Caelentio, dum ait: *Est enim sapientis iudicis, meminisse se  
esse hominem, cogitare, sibi tantum à populo Rom. esse permisum, quan-  
tum commissum & creditum sit, & non solum sibi potestatem datur, verum  
etiam fidem habitam esse, meminisse.*

### POSITIO XIX.

Sed an taliter injuste facta transactio juramento confirmari possit, *An iustitia  
haud abs re queritur? Et licet nullum vinculum ad astringendam fidem  
jurejurando Majores arcuus esse voluerint, quoniam iurandum est ramento con-  
est Affirmatio religiosa: quod autem affirmativè & quasi Deo teste firmari posse?*  
pomiseris, id tenendum est, ait Cicero lib. 3. de offic. pag. m. 207. Ve-  
rum cum tamen de Jure Civili pactum omne contra leges initium pro  
nullo habeatur l. 5. C. de legib. illudq; iuramento confirmari nequeat l. 7.  
§. 16 ff. de paet. Hahn. ad VVef. tit. de paet. n. 9. verb. *Cur Iure Civili. Struv.  
in syntagma. Iur. Civ. exerce. 17. lib. 21. Fronitzk. adff. tit. de jurejur. v. 39.*  
& seqq. procul omni dubio eodem Jure Negativa obtinebit. Sed an  
Jure Canon actus alias invalidus iuramento confirmetur, non usque-  
quaque exploratum est. Hahn. adit. de jurejur. n. 5. & alijs illud affirmant  
Sed rectior nobis videtur sententia Negantum; Nam licet firmandi  
actus gratia adjiciatur iuramentum à contrahentibus, verè tamen non  
confirmatur, ita ut valeat, quoniam alias ex hujusmodi actu de Jure Ci-  
vili invalido daretur ex Jure Canon. actio, qua tamen non datur ex ipso  
actus, sed ex jurejurando, fatente ipso Hahn. d. loc. quod servandu-  
tories, quoties in alterius prejudicium non vergit, & sine salutis æternæ  
dispendio servari potest, cap. cum contingat. X de jurejur. & cap. quam-  
vis &c. de paet. in 6. Cujus haec inter alias insignis est utilitas, quod talis  
ex jurejurando actione non competit aduersus heredes, qua ratione com-  
petitura fuisset, si ex pacto vel contraactu, per quem sit transactio, de-  
scenderet, uti nos docuit in Collegiis privatis Antecessor in hac alma  
Academia primarius Dn. Ericus Graffius, Iustus absolutissimus, Do-  
ctor, & Patronus noster plurimum colendus. Ideoque de Jure Canon.  
hujusmodi transactio, qua vel sine Praetore, vel sine cognitione justa

fit

fit, juramento non confirmatur, ipsum tamen juramentum servandum est. Jung. Vinn. in d. tract. de transact. cap. 6. n. 17. Zoës. ad ff. tit. de transact. n. 19. Struv. in syntagma. Iur. Civ. exerc. 6. th. 58. Mejer. in C. I. A. ad tit. de alim. & cibar. leg. n. 3. Treutl. vol. 1. disp. 7. th. 4. lit. g. Fachin. lib. 3. controvers. cap. 21. Surd. in d. tr. de alim. tit. 8. privil. 56. n. 42. & seqq. Bartol. ad l. 57. ff. de fiducijs. n. 17. Ast si quis juratō transegerit cum tali persona, cui jure natura vel sanguinis alimenta præstanta sunt, puta, cum patre, seu matre, seu filiis, tunc si postea forsan egeant, à juramento sunt absolvendi, quia talis transactio ob naturalem & moralē rationem improbatur, unde & juramentum eidem adjectum operari nihil potest ex cap. 58. de R. I. in 6. Conf. Surd. d. tit. 8. priv. 56. num. 60.

## POSITIO XX.

An ē quo a-  
gio pro soluto  
ex transactio-  
ne injusta  
competat?

Præterea cum ex transactione iusta sepe aliquid præstetur, omnis enim transactio fieri debet aliquo dato, retento, vel promisso, seu relucet vel ex l. 38. C. de transact. & fusiūs propositis supra ad part. I. pos. 19. inquirendum est: An? & quā actione solutum repeti possit? Circa primam questionem distinguendum est: An sola alimenta, an verò præter illa etiam aliud quidpiam legatum sit; Posteriori calu, si pecunia fuerit soluta ex transactione injuste facta, eadem in legatum imputatur, modò imputari commodè possit, & legatum sit purum, ita ut præsentii die debeatur, quod enim præsentius priusque debitum est. Ed etiam in id citius ex inutili transactione solutorum imputatio sit, ui loquitur Cujac. ad l. n. 8. verb. sicidem. Sed si pecunia accepta legatum exsuperet, superfluum cedit in alimentariam causam, probante Ulpianō in §. 21. Si eidem alimenta, & præterea legatum præsenti die datum sit, & transactum fuerit citra Prætoris auctoritatem: id quod datum est, imputabitur prius in legatum, quod præsenti die datum est, superfluum in alimentariam causam. Confer. Borcholt. in d. tr. de transact. cap. 2. n. 61. Osterman. in Coll. Iur. Colon. vol. 1. disp. 7. tv. 39. De priori calu agit idem Ulpianus in §. 22. Si quis de alimentis transegerit sine Prætoris auctoritate, id quod datum est, in præterita alimenta cedet, nec interest, tantum in quantitate sit debita, quantum datum est, an minus, an plus, nam et si minus sit, adhuc tamens id, quod in solutum datum est, in præterita alimenta imputabitur. Quando itaque alimenta solarelictā sunt, illa

vel

Hab. 1

vel sunt præterita, vel futura: In futura solutum ex causa iustæ transactionis imputari non potest, cùm eadem non debeantur, nisi sub conditione, si nim. alimentarius anno vertente vivat per *jura vulgata*: Alimenta autem sub conditione posita, propriè non debentur Surd. in d. tr. tit. 2. q. 14. n. 4. ob regulam tam JCTis, quam Philosophis communem, quod conditio nihil ponat in esse; Ideoque iure merito hoc in casu datur heredi soluti repetitio. Sed si alimenta sint præterita, solutum ex transactione in præterita cedit alimenta, eo non attento, aut tantum in quantitate sit debita, quantum datum est, an plus, an minus: Nam si tantundem datum sit, expedita est imputandi ratio, tunc enim tota quantitas debita per soluti imputationem exhaustur, atque ita sit compensatio. Si vero plus in quantitate debita, & minus datum sit, agi potest, utid, quod amplius ex causa alimentorum debetur, præstetur, quo pertinet l. 7. §. 2. ff. de transact. ubi Ulp. Usq; adeò, inquit, quod datum est, (transactione sc. post rem judicata facta) etiam si non proficit ad transactionem, extenuat tamen rem judicata: ut inde sit edictum & rescriptum circa alimentorum transactionem, citra pratoris autoritatem factam, ut quod datum est, proficit ad alimenta, ita ut si quid amplius ex causa alimentorum deberi potest, i. e. deberi apparuerit, loquitur enim de alimentis non futuris, sed præteritis, id præstetur: quod autem datum est, imputetur. Sed si quid plus datum sit, quam est in quantitate debita, id etiam imputatur, in quantum scil. concurreat cum debita alimentorum quantitate: superfluum verò repeti & condici potest ab herede, qui id propter futura alimenta, quæ sub conditione demum, si alimentarius vixerit debentur, ideoque adhuc incerta sunt, retinere non potest. Vid. Cujac. Borcholt. & Osterm. d. loc. Unde suâ sponte fluit, quænam pro soluto ex causa iustæ transactionis cōpetat actio: Expediti quippe juris est, quod in debitu, vel sub conditione debitū ex errore solutum per conditionem indebiti repeti possit l. 16. ff. de cond. indeb. Wesenb. in parat. ad tit. ff. de cond. indeb. n. 4. ibiq. Bachov. & Hahn. Frantz, eod. tit. n. 16. Zoël. ad ff. d. tit. n. 10. Schneidv. ad §. 1. Inst. quib. mod. re conirah. obl. Datur itaque conditio indebiti per textum expressum in l. 23. §. 2. ff. de cond. indeb. cum quæ tamen conditio causâ datâ, causâ non secutâ, & conditio sine causa, quæ generalis est, concurreat, quæ omnes dantur non eo solum in casu, quo plus solutum est, sed toties,

quotiescumque heres ex hujusmodi transactione locupletior factus est; Unde & J Cetus casibus specialibus subjungit definitionem generalem in d. §. 22. dum ait: *Sanè siis, qui de alimento transagit, locupletior factus sit eā solutionē: in id, quod factus sit locupletior, aquisissimum erit, in eum dari repetitionem, nec enim debet ex alieno damno esse locuples.* Verū ab hac sententia recedit Glosa add. §. lit. i. conditionem indebiti hoc in casu competere negans, idēq. quod solū ex causā transactionis, tanquam indebitum repeti non possit per l. 65. §. 1. ff. de condit. indeb. Mysling. ad §. 1. Inst. de quib. mod. re contr. obl. n. 7. Sed illa ratio tum demum concludit, quando transactio valida est; In nostro autem casu transactione sine Prætoris decreto, vel cognitione debitā facta irrita est §. 17. & nullius momenti §. 23. propter D. Marci Orationem, quæ omnem omnino transactionem, in qua vel minimum in cognitione negligetur est, improbat, quandocunque enim lex resistit obligationi, nec naturalis, nec civilis nascitur obligatio Bartol. ad l. 1. ff. de condit. indeb. n. 3. Meritò igitur hīc cessare non debet conditio, quæ ipsa se se fundat, uti & reliquæ conditiones in æquitate naturali §. 22. b. l. 60. ff. de condit. indeb. &c. Dd. communiter ad eund. tit. Jure enim naturæ æquum est, neminem cum alterius damno fieri locupletiorem l. 14. ff. de cond. indeb. & l. 206. ff. de R. I. Unde ait Cicero in lib. 3. de offic. p. m. 166. *Detrahere aliquid alteri, & hominem homini in cons. modo, suum augere commodum, magis est contra naturam, quam mors, quam paupertas, quam dolor, quam scatera, qua possunt aut corpori accidere, aut rebus externis.* Et paulò post pag. 167. *Neg. verò hoc solum naturā, i. e. jure gentium, sed etiam legibus populorum, quibus in singulis Crivitatibus Reff. continetur, eodem modo constitutum est, ut non liceat sui commodi causā nocere alteri.* Atque hæc sunt, quæ de nobili hāc Alimentorum transactionis materiā hāc vice proponere voluimus. Quoniam autem in explicanda hāc lege ordinem Ulpiani in totum, & per omnia fecuti non sumus, vi- debit lector benevolus

### EXPLICATIōNE M

Inscriptionis in part. 1. pos. 1. & in part. 3. pos. 13. in fin.  
Princ. in part. 2. pos. 2. & part. 3. pos. 3.

§. 1. in

46	59	80
§. 1. in part. 2. pos. 4.		§. 14. in part. 2. pos. 6.
§. 2. in part. 1. pos. 12. 15. 16. & 17.		§. 15. in part. 2. pos. 12. & 13.
§. 3. in part. 2. pos. 8.		§. 16. in part. 1. pos. 5. & in part. 3.
§. 4. in part. 2. pos. 9.		pos. 15.
§. 5. in part. 1. pos. 7. & 8.		§. 17. in part. 3. pos. 18.
§. 6. in part. 2. pos. 19.		§. 18. in part. 3. pos. 2.
§. 7. in part. 2. pos. 11.		§. 19. in part. 3. pos. 1.
§. 8. in part. 3. pos. 3.		§. 20. in part. 1. pos. 18.
§. 9. in part. 3. pos. 4. 5. 6. & 7.		§. 21. in part. 3. pos. 20.
§. 10. in part. 3. pos. 11.		§. 22. in part. 3. pos. 20.
§. 11. in part. 3. pos. 12.		§. 23. in part. 2. pos. 11.
§. 12. in part. 3. pos. 15.		§. 24. in part. 3. pos. 8. 9. & 10.
§. 13. in part. 3. pos. 15.		§. fin. in part. 2. pos. 4. & 5.

## C O R O L L A R I A.

I.

*Imperator cum Statibus Imperit in territoriis eorum concurrentem Iurisdictionem nō habet.*

I I.

*Licita est ab Imperatore male informato ad melius informandum provocatio.*

I I I.

*Judai certis sub conditionibus in Christiana Rep. benè tolerari possunt.*

I V.

*In prescriptionibus de Iure Canon. semper bona fides exigitur.*

V.

*Sponsalia de præsentipriora præferenda sunt  
posteriori.*

48 60 80

posterioribus, licet copula carnalis iisdem accesserit.

V I.

*Ius Canonicum in se consideratum Evangelicos non obligat.*

V II.

*Feudum in rebus mobilibus quibuscunq<sup>z</sup>, et iace~~nt~~ pretiosis, consistere nequit.*

V III.

*Feudum emptum proprium feudum non est.*

I X.

*Legitimi per subsequens matrimonium in feudis succedunt.*

X.

*In criminibus nemo regulariter ex presumptiōnibus damnandus est.*


Et tandem

Coronidis loco.

*Lex 23. ff. de Reg. Iur. omnium ferè contrāctuum præstationes continens, ventilanda proponitur*

F I N I S.





X 2615933

WPA





B.I.G.

Black  
White  
3/Color

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19  
Centimetres  
Inches

JURIDICA  
ALIS  
RATIONEM  
FORUM  
CTIONE.

transaction.

D E

AUTHORITATE  
BILISSIMI ET  
ORDINIS,  
PURGENSIUM  
IA,

HONORIBVS, PRIVILEGIIS  
& legitimè adipiscendis,  
Academicorum

Editorio ad Lanum  
mbr.

S Becker/BIELEFELDIA  
ALUS.

FORUM,  
1711, Acad. Typogr. 1669.